DE RE VESTIARIA LIBELLVS, EX BAYFIO EXCERPTVS: ADDITA VVLgaris linguę interpretatione, in aduleſcentulorum gratiam atque vtilitatem.

Domus Probationis Romanae Scolarum Piarum

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

PARISIIS.

Apud Anthonium Bonnemere.

1535.

CAROLVS STEPH. beneuolo lectori. S.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

QVANDO ita ſe res habet Lector, vt qui hodie tum in dicendo,tum in alio quouis gerendo negotio vni ſatiſfecerit,omnibus ex ęquo nō ſatiſfecerit:ſitque nunc,vt ſemper fuit admodum magna ingeniorum varietas: quorum qui exactā rationem habere cupiat,varie quoque ſe gerat neceſſe eſt:Id certe cum diligētius perſpiceremus, atque audiremus quotidie nonnullos conquerentes,quod Lazarus Bayfius,vir alioqui grauiſs. nō ęque pueris atque eruditoribus conſuluiſſet : ne quid poſthac eorum vtilitati detractum eſſe quiſquam amplius iudicaret, viſum eſt nobis operępręcium,ſummam eorum quę in libello de re veſtiaria continentur,breuibus perſtringere , atque in ordinem diſponere,ex ipſi9 authoris voluntate:pręmiſſa interim vulgari veſtium ac colorum interpretatione,vt vel etiam in hac parte adoleſcentuli bonarum literarum cupidiores ſibi quoque ſatiſfactum putent:nulla tamen authoris grauitate imminuta: ſed tantum ex ipſius opuſculo ſelectis iís quę ad puerorum vtilitatem facere videbantur.Neque enim nos latet quam inconſulte fortaſſis.ne dicam temere faciant ií , qui dum alienas vigilias in compendium aut epitomen redigunt , viris bonis laudem omnem pręripiunt, labores ſuffurantur, pręſertim quum id ſuo nomini neſcio quo fato attribuunt . Quamobrem Lector , ſi me audies , nullam poſthac fidem

adhibetis iſs, qui iſtiuſmodi nugis curioſius de-
lectantur, vteriſque hac velut ſummula
rei veſtiarię, donec integrum Baifij
libellum intelligere poteris, aut
vacabit perlegere. Vale.

SVMMA REI VESTIARIAE, EX BAYFIO.

De tegumentis capitis Cap.j.

PRimum quidem in veſtimentorum ratione, a ſuperiorib⁹ ad inferiora: deinde vero, ab ĩtimis ad exteriora progrediemur. poſthęc autem ad ornamenta, colores, & alia huiuſcemodi pueris neceſſaria deueniemus. Qua in re, ne verboſiores ſimus, poſt explicata vocabula ex Bayfio, Lectorẽ remittemus ad libellum: atq; vbi quidpiã additũ erit pręter authoris ſententiã, id a nobis hac nota ( ) ſignabitur. Incipiemus igitur a tegumẽtis capitis.

Pile⁹, ſiue pileũ, vng bõnet. a Gręcis, τὸ πίλιον, καὶ τὸ πιλίδιον dicitur. (Caue autem ne pro pilidio, dicas philidion. Nã τὸ φιλίδιον καὶ φενάκη apud Gręcos galericulum ſignificant, quẽ nos falſam perrucam dicimus. Tranquillus in Caligula, cap. xi. capillamentum appellat.) Pileus autẽ ſeruorum fit inſigne, cum raſo capite libertate donabãtur. Vnde pileati ſerui a Gelio dicti qui manumittebantur: atq; hinc etiam prouerbium, Vocate ad pileum, pro, donare libertate, dictum eſt a Suetonio. Vide Cap. xx. Bayfij.

(Pileus clauatus, Ex Nonio, vng bõnet a fers, ou a boutõs dor. quod clauis aureis intextus ſit, cuiuſmodi nũc geſtare ſolẽt noſtri aulici.) Clau

autem aurei in pileis, veſtimentis aut etiã calceis ſunt qui vulgo dicuntut, fers dor. Cap. vij.

(Hinc clauulus diminutiuũ, qui cingulis canũ infigebatur, hoc eſt, collaribus quos vulgo vocant. Varro, Cingulũ circa collũ, ex corio firmo, cũcla uulis capitatis. des clouetz a teſte.)

Galerus, vng bonnet rond, rotundũ ait eſſe pileolũ Hieronymus ad Fabiolã, quaſi media ſphęra. Nonnullis autem eſt quam Tiaram Gręci atque adeo noſtri appellant. Cap. xx.

(Fortaſſe Galerus non erat abſimilis pileolo quẽ hodie Gręci, quos Albanos vulgo vocamus, ſub oblonga cyrbaſia geſtare ſolent: cuiuſmodi etiam nunc Senatores Veneti vtuntur, & in Academia Parrhiſina ſcholaſtici: ſed his nunc vſus aliam formam dedit.)

Tiara, erat capitis tegmen regum oriẽtis. Ouidius in vndecimo de Mida rege,

Tempora purpureis tentat velarę tiaris.

Plutarchus inter medicam ſtolam annumerat in Antonio: & in Artaxerxe pro galea ſumpſiſſe videtur. Hie. idem ipſe ait cum Galero. Cap. xx.

(Gemmatam tiarã dixit Virgilius: & Iuuenalis Phrygiam, quòd ea primũ Phryges vſi ſint. Sidonius item tiaratos reges dixit, caput tiara velatos, quos Gręci tiarophoros vocant. Budęus tiaram ſummi pontificis appellat, quam triplicẽ coronam vocare ſolemus, le regne.)

Petaſus, pileus Arcadicus Hiſychio. Inde petaſatus, petaſo indutus apud Tranquillum in Auguſto, & M. Tullium in Epiſt. ad Caſſium. Vide

Cap.xx. (Petaſum fortaſſis non ineptum fuerit appellare leuem pileũ,ſed amplius ſatis,quo viatores,tabellarij atq; adeo caduceatores vti ſolẽt ad arcendos imbres & ſolem. Vnde petaſatũ Mercurium finxerunt poetę.

Cuculio,onis,ĩquit Iul.Capitolin⁹,gen⁹ eſt pileiviatorũ,quo capite obtectovagari nocte ſolẽt.)

Cyna pileus erat Lacedęmoniorũ ex Strabone.Quanquam Ephorus ex eodem pileũ Laconicum appellet Cap.xx.

Cyrbaſia,chappeau dalbanoix,pileus altus in ſpeciem coni educt⁹. (Cuiuſmodi nũc ſolẽt quidem ex Gręcis geſtare.) Ibidem.

Cidaris,ſiue citaris, ornamẽtum capitis regum Armenię,quod pro diademate confundit Plutarchus in Pompeio,& in Lucullo.Erat etiam inſigne regum Perſarum:vt idem Plutarchus ait in Artaxerxe. (Q.Curtius primo geſtorum regum Armenię,ſcribit Cidarim cęrulea faſcia albo circundata circuiri ſolere apud Perſas.) Ibidem

Diadema,vng diadeſme,ornamentũ capitis regum inſigne:hinc Ponere diadema,& capere diadema dixit Tranquillus. vnde etiã Metellus diadematus dictus eſt. Reginarum quoque fuit, vt ait Plutarchus in Lucullo,de Mononyma Milleſia altera Mithridatis vxore,(Faſciã quãdã aut amiculum opinor fuiſſe,quo regis caput atque adeo pileus ornabat παρα τοῦ διαδέσθαι:hoc eſt obuincire. Quod inſigne regum inueniſſe primum liberũ patrẽ author eſt Plinius. Erat autẽ candidum vinculum,cuiuſmodi hodie noſtri prę

ſides Parrhiſini,pręterea etiam Venetiarum duces ſuis tiaris obuincire ſolent.) Ibidem.

Cauſia,pileus erat regum Macedonię.(Budęus eleganter ſumpſit pro galero coccino cardinaliũ, quem nonnulli capellũ rubrũ appellãt.Quinetiã idem author eſt,cauſiam poſſe ſumi pro eo pileo qui a ſolis ardore nos defendit.) Vng chappeau. Ibidem.(Plaut⁹ pro naucleri pileo ſumere videtur in Milite,Facito vt venias huc ornatu naucleriaco,cauſiam habeas ferrugineam.)

Mitra,vng chapeau de fleurs,matronarum ornamentũ Varroni.(Ea primum vſas opinor virgines Lydias,deinde vero Mœonias. Virgil. iiij. AEneid.de Paride.

Et nunc/inquit/ille Paris, cũ fœmineo comitatu
Mœonia mentum mitra, crinemque madentem
Subnixus,rapto potitur. Poſtea autẽ ad AEgyptias,Phrigias,Syrias peruenit.Ea autem videtur fuiſſe corona floribus,vel quopiam alio ornamẽto;vt faſcijs horarijſq; cõtexta,ac filo circũligata;vt ſub mẽto aſtringeret: vnde nomẽ quidã accepiſſe putãt:nẽpe ἀπὸ τοῦ μίτου hoc eſt a filo.Quod filũ Virgili⁹ redimiculũ mitrę appellat:
Et tunicę manicas, & habent redimicula mitrę.
Quidam phyliras vocant.Plin.lib.xvj. Tenuiſſimum corium phylirę,coronarum lemniſcis celebres,antiquorumq; honore. Nonnullę mulieres eas nunc adhuc vocãt des phulettes.) Cap.xix.

(Non omittendum hoc loco videtur, quando de mitra ſermo eſt, Plutarchũ in Numa, vbi de Salijs loquitur,mitrã ſumpſiſſe pro ęneo pecto-

ris tegumento. Ita enim inquit, μίτραις δε χαλκαῖς ἐπιζωσμένοι παλατείαις, καὶ κράνη χαλκᾶ φοροῦντες. Quod ita retulit Liui⁹ Dec. decima, Salios itē duodecim Marti gradiuo legit, tunicęq́ꝫ pictę inſigne dedit: & ſuper tunicam, ęneum pectori tegumen. Homerus quoque mitram appellauit Iliad. Δ.

μύτρις θ' ἣν ἐφόρει ἔρυμα χροὸς, ἕρκος ἀκόντων.

Sed hęc a Bayſio inter colloquēdum accepimus.

(Mitellā pro Corolla dixit Virgilius in Copa: Copa Syriſca caput Graia redimita mitella.) Cic. ꝑ Rab. Sed Neapoli in celeberrimo oppido ſępevidemus cum mytella chlamydatum L. Syllam imperatorem.

Vitta, Tegimen capitis matronarum, quo capillos coercebant, & conſtringebant ac colligabāt. Tibullus, quamuis non vitta ligatos Impediat crines. Ouid. j. Metamorph.

Vitta coercebat poſitos ſine lege capilos.

Erat quoqꝫ veſtaliū, qua cum plaga vtuntur eę, quę perpetuā virginitatē deo vouerunt. (Vittas gerebant, quę pudicę erant matronę: neqꝫ enim meretriculis licebat vittis vti. Ouid. Eſte procul vittę tenues, inſigne pudoris. Virg. Soluite crinales vittas, capite Orgia mecum.) Cap. xx.

Reticulum, vne coeffe, tam virorū, quam mulierum fuit, quod capillum contineret. (Ita dictum fortaſſis a forma retis, vel piſcatorij, vel venatorij. Iuuenalis. Reticulumqꝫ comis aratum ingentibus implet. Cap. xix.

Reſtis, vng rubād. Faſciola, qua mulieres capil.

los inuoluebāt. Capite eodē. (Retiolū Seruius ap pellare videtur, ſuper illud Virgilij iiij. AEneid. Crines nodantur in aurum. Erat enim retiolum, inſtrumētum ſiue faſcia quędam qua comas colligebant matronę. Italicę virgines cordellam vocant. Cicero redimiculum appellare videtur act. v. in Verrem, Hęc ciuitas mulieri redimiculum prębeat, hęc in collum, hoc in crines.)

Rica a Romano ritu, quod, vt īquit Varro, Romano ritu ſacrificiū fœminę cū faciūt, capita velāt. Ibidē. (Plau. in Epidic. Aut crocotulā, ſuparū, aut ſubminiā ricā, baſilicā. Subminiā ricam pro oſtrina dixiſſe videtur quaſi ſubrubrā. Hinc ricula diminutiuū. Terent. Interea aſpexi virginē vectari in capite riculam indutam oſtrinam.)

Capital, vng camail, ſacerdotale erat, inquit Varro, quod etiam nunc noſtri ſacerdotes deferre ſolent. Cap. xx.

Capitiū capitij, vne cappe a femme, Capitis tegmen, a quo etiam appellatum eſt. Quod ſi verū eſt, in mulieribus id capitiū dicemus quod in matronis cappā appellamus, quo vndatim criſpovtūtur Parrhiſinę. vne cappe de camelot. Cap. xvij.

(Flameum ſiue flameolum, veli genus, quo nouę nuptę capita amiciebantur. Qui mos adhuc hodie in Hiſpania obſeruari ſolet, vt primo nuptiarū de virgines flameolo pellucēti faciē obtegant, eūq; per totū diē gerāt, ſeu intactę & purę virginitatis ſignū. Dictū flameum quod a flaminica, hoc eſt, flaminis vxore primū deferri ſolitū ſit: eratq; coloris lutei, cuiuſmodi ferrariēſes

ac Mantuanę virgines deferre ſolēt. Lucanus de Martia iterū nubente Catoni, Lutea demiſſos velarunt flamea vultus. Plin. Lutei video honorem antiquiſſimū in nuptialibus flameis totum fœminis conceſſum. Iuuenal. ſedet illa parato Flameolo. Italicę matronę faſciolū appellant.

Carbaſus aliud velū ex delicatiſſima tela compoſitum. Val. Max. lib. j. Cum carbaſum quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit. Virg. viij. AEneid.
eum tenuis Glauco velabat amictu Carbaſus
Hinc vela nauium per tanſlationem carbaſea & carbaſa dicta ſunt.)

Plaga, vng voele, grande tegmē lineū quo hodie mulieres Romanę vtūtur: & quēadmodum plaga olim Veſtales virgines operiebātur, ita nūc quoq; noſtrarū monialiū velamētū, plagę nomē accipere poteſt. Cuius diminutiuum plagula. Cap. xx.

Calātica, vng cueuurechef, tegmē capitis muliebre. Cic. in Clodiū. Tune cū metiretur pedes fuſci, cum calanticā capiti accōmodares, &c. Ibidē.

De veſtimentis intimis. Cap. xj.

CAmiſiam quam vulg⁹ appellat chemiſe, nos recte & latine imā ſiue intimā tunicam dicere poſſumus. Quidā interulā vocāt. Eſt quādo tunica abſolute idē ſignificet: vt apud ouidiū multis in locis, & Ciceronē act. vij. in verrem. Vnde tunicatus a Martiale, pro eo qui barbare dicitur in camiſia. Et tunicata quies ab eodem dicta, hoc eſt, libera ad opera togata. Athenęus χιτώ-

pectora tegebant. Vnde Statius,
triplici ſeruantur pectora ferro:
Pectora nam tergo nullus metus.

Thorax laneus, vne piece de drap, Suetonius in Auguſt. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucula, & thorace laneo & femoralibus, & tibialibus muniebatur.

Thorax plumbeus. Plin. libr. vij. cap. xx. Nos quoque vidimus Athanatum, nomine prodigioſę oſtentationis quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurniſque ducentorum pondo calciatum per ſcenam ingredi.)

Neque vero fortaſſis omnino ineptum fuerit, ſi quemadmodum iureconſulti ſtragula bubalina dicunt: ita quoque nos thoracem bubalinum appellemus eum, qui vulgo a militibus geſtari ſolet. Vng colet de cuir de buffle. Bubalum enim vocabãt antiqui bouem ſylueſtrem quẽ hodie adhuc Itali bufalũ, vng buffle. Vide libellũ de vaſc.

(Thoracem abſolute pro armis pectoris ponit Virgilius, ſtatim in initio vndecimi AEneidos,
Telaque trunca viri, & biſſex thoraca petitum
Perfoſſumque locis.

Diploidẽ pro eo quod vulgus vocat, pourpoint, veteres non vſurpaſſe video, neque etiam eo genere vocabuli vſos vnquam fuiſſe. Dici autem debet ἀπὸ τοῦ διπλόος καὶ διπλοῦς: quod pro duplicato thorace ſumi videretur. Itaque fictum & nouum eſſe puto vocabulum, atque omnino alienum a communi vſu dicendi: niſi pro thorace laneo accipiamus, quod abſurdũ adhuc videretur)

De tibiarum ac femorum veſtimentis. Cap. I I I.

AEquum eſt nunc vt de femorum ac tibiarum veſtimentis ſuo ordine diſſeramus. Poſthęc autem ad calciamenta, veſtes medias & externas deueniemus. poſtremo vero ad ornamenta & colores digrediemur.

Feminalia & Brachę, hault de chauſſes. Vnde Gallia brachata: & brachati Galli dicti, quod feminalib⁹ vterē tur. (quę femoralia appellare videtur Tranquillus in Auguſt. Vulgus Italorum coxalia hodie vocat.)Suidas, Hiſychius, & Euſtathius in Homerum, vocant ἀναξυρίδας, quas nos brachas dicimus, quod facile conijcitur ex loco. Diodori in quinto, καὶ ἀναξυρίδας, inquit, ἃς, ἐκεῖνοι βράκας προσαγορεύουσι. Hoc eſt, & anaxirides, quas illi brachas appellant. Cap. xx.

Subligaculum, vng brayer, (quo vtebantur veteres ad tegenda obſcœna: ſiquando in ſcena prodibant, ne fortaſſis per incompoſitos geſtus, aut alia quauis ratione detegerentur.) Ci. j. Offic. Scenicorum quidē mos tantam habuit a vetere diſciplina verecundiam, vt in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo. Ibidem.

(Genualia, iartieres, apud Ouidiū in libris Metamorphoſeon. Columella. lib. vij. Recte, inquit, genibus applicantur, ac genibus circundantur. De genualibus intelligit.

Tibilia, bas de chauſſes. Paulus Iureconſ. Si tibiale vel humerale miles alienarit, caſtigari verberib⁹ debet. Suet. Femoralib⁹ & tibialib⁹ muniebа

tur. hoc eſt, femora & tibias muniebat cõtra frig⁹

Caligę, caligarum, des chauſſes, Tegumentum tibiarum militare. Cic. Attico, & Epicratem ſuſpicor, vt ſcribis, laſciuum fuiſſe, etenim mihi eius caligę & facię crętatę non placebant. Faſcias autem cretatas vocat, vt obiter dictam pictas, & colore aliquo delinitas. Quinetiam militaris caligę forma ex antiquis marmoribus deprehenditur, tantum enim attingebat mediam tibiam, atque in extrema parte ſuperiori, cuiuſdã animalis ceu leonis caput prę ſe ferebat. cęterũ a latere ipſius tibię faſciola quadã reuiciebatur ac claudebatur, quam vulgus laſſetum appellat: nos etiam corrigiam appellare poſſumus, niſi mauis dicere clauis potius a dextra parte ſuffigi ſolere, qui interdum aurei erant, cum claui caligares dicti. Plin. li. ix. c. xviij. vbi de piſcibus, Squamis inquit conſpicui crebris atque prępacutis, clauorum caligarum effigie. Hinc caligatus, caliga indutus. Iuuenalis.

Veniam caligatus in agros.

Et Caligulam primum dictum fuiſſe, quod caliga vteretur refert Auſonius, hoc verſu.

Caius cognomen caligę cui caſtra dedere.

Caliga ſpiculatoria, qua milites ſpiculatorij vtebantur. Erat autem colore quodã vel forma a militari diuerſa. Suet. in Caligula: Modo in ſpiculatoria caliga, nonnunquam ſocco muliebri. Quo loco corrupte quidam legunt ſpeculatoria.

Sculponeę, ſculponearum, des gueſtres: Ita em̃ vſurpaſſe videtur Cato de re ruſtica, nempe pro tibialibus ruſticorum. Sculponeas, inquit, bonas

alternis annis dare oportet familię ruſticanę : ad quod vocabulum accedere videtur vox Italica, diſcufoni Nęuius, Sculponeis. batuenda ſunt latera. Varo, Aſpicio ſculponeatam bigas ſequi cornutas, gueſtree. Vtrum autem Sculponeę laneę fuerint, an ex tela confectę, iudicet qui volet: ego vero de hoc ſtatuere nihil poſſum.

Ocrea, ocreę. houſeau. Apulei⁹, Ille crura ocreis inuoluit. Virg. viij. AEneid. alij thoracas ahenos Aut leues ocreas lento ducunt argento. Idem eodem libro, Tum lęues ocreas electro auroque recocto. Vbi Seruius, Lęues ocreas: id eſt nitida tibialia. Vnde ocreatus: qui eſt houſe.)

De calciamentis. Cap. I I I.

VEniamus nunc ad calciamentorum genera deinde vero ad medias atque externas veſtes aſcendemus.

(Calceus, vng ſoulier, quod idem calciamentum ſignificare videtur.) Fiebant autem antiquitus calciamenta ex hœdorum pellibus: quod tum ex vetuſtiſſimis marmoribus, qui hodie adhuc ſunt Romę, conijcitur: tũ ex Martialis teſtimonio lib. xij. Epi. ad Phœbum, Videto libellũ de vaſculis.

(Excalciare pedes, deſchauſſer les piedz. Suet. in Vitello, Pro maximo munere a Meſſalina petijt vt ſibi pedes prębeter excalciandos. hinc Calceolearius a Plauto dictus, vng cordõnier: qđ nomen vulgus Italorum adhuc integrum retinet.

Calceolus, vng eſcarpin, leuis erat calceus : & ſimplicem tantum ſoleam habens, qualem ſolent

pedites ac milites leuis armaturę geſtare. Cic. primo de nat.deorum, Cũ pelle caprina, cum haſta, cum calceolis repandis.)

Soccus, Gręcorum erat calciamentum, quemadmodum calceus Romanorum. Eo tamen etiã vtebantur Romanę mulieres: quapropter muliebris à Tranquillo dictus eſt in Caligula.

Socculus, idem cum ſocco, etſi diminutionẽ ſignificare videatur. Suetonius in Vitello, Detractumque ſocculum, inter togam & tunicas geſtauit. Itaque detrahere ſocculum, ꝓprie dictũ, pro deponere & auferre ſocculum. Terent. Aſſido, accurrũt ſerui, ſocculos detrahunt. vulgus Venetorum nũc adhuc vocat, diſoccoli, des pantouffles,

Cothurnus genus calciamẽti ſubere quodãmodo ſubleuati quo vtebãtur Tragœdi vt eminẽtiores apparerẽt: & viatores, ne tã facile impingerẽt in lutũ: item etiam virgines, vt grandiores apparerent ſub oblõga ſtola. Quapropter cothurnos ipſos de ſuris vincire ſolebant. Virg. primo AEn.
Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram,
Purpureoque alte ſuras vincire cothurno.
Niſi forte legendum putaueris:
Purpureaſque alto ſuras vincire cothurno. hinc Iuuenalis, breuiorque videtur
Virgine Pygmęa nullis adiuta cothurnis. Cic. iij. de finibus, Conuenit optime ad pedẽ cothurnus, Hoc calciamenti genere nunc quoque vti ſolent nobiliores Romanę, Florentinę, Bononienſes ac Ferrarienſes matronę: vt multo altiores cothurnatę quam crepidatę videantur. Vnde metapho-

rice cothurnat⁹ ſtylus,altus & ſublimis atq; ex-cellens dicitur Martialis,
Grãde cothurnati pone Maronis opus.Virg.Sola Sophocleo carmina digna cothurno.
Hoc autẽ differre cothurnũ a crepidá quidã putãt,quod cothurnus altior ſit, ac pręterea vtriq; pedi conueniat.vtrumque tamen coniungit Suetonius in caligula. Plin. lib.vij.cap.xx.refert de Athanato prodigioſę oſtentationis viro,qui cum quinquagenarius eſſet,cothurnis ducentorũ pondo calciatus, per ſcenam ingrediebatur.
Crepida a crepando dici videtur;quod eius ſolea breue obſtragulũ habens, inter incedendum ſubinde calcaneum feriat.Thuſcum erat vel Graium calciamẽtum,prius quam ad Romanos perueniret.Quo etiã nunc quoq; mihi videntur Veneti nobiliores vti: appellant autem ij planulas, Gellius crepidulas voce Gręca dictas putat.Q̃d vero crepidę obſtragula haberẽt,quę vulgo coopertoria appellãtur,id oſtẽdere videtur loc⁹ Plinij: Cum & pedibus,inquit,margaritas nec crepidarum tãtũ abſtragulis,ſed totis ſocculis addũt. Itaque crepidatus dicitur,quam veneti vocãt, in pianelle.Cic.in piſonem,Inde nocte intempeſta, crepidatus,veſte ſeruili,nauem conſcendit.
Solea vero ,a qua vulgeris noſter ſermo profectus eſt,vng ſoulier,obſtragula non habebat:ſed tantũ quibuſdã ligamẽtis ſiue ligulis, quas anſas vocabãt,des courroyes,ſuperiori pedis parti obuinciebãt. Cuiuſmodi ſunt hęc calciamenta quę vulg⁹vocat,ſouliers a lapoſtoliq̃,quod ijs calcia-

i apoſtoli Domini,pigi ſoleāt, Plautus in Caſi-
na,Si hoc effexis,ego ſoleas tibi dabo,& annulū
n digito aureum. Propert.

Proſilit in laxa niua pedem ſolea.

Inde ſoleatus,ſoleis indutus.Cic.in Verrē,Stetit
ſoleatus pretor P.R.cum pallio purpureo. Gel-
lius gallicas ſoleas vocat. hinc ſolearius Plauto,
vng cordonnier.Dicitur & equorum & mularum
ſolea ferrea,vng fer de cheual,Catullus,

Ferreā vt ſoleam tenaci in voragine mula. Plin.
lib.xxxiij.cap.xj.Noſtra,inquit,ętate Poppea cō
iux Neronis principis,delicatioribus iumētis ſuis
ſoleas ex auro induere ſolebat. hoc eſt,ſoleis au-
reis pedes munire.

Calceus lunatus, inſigne nobiliū Romanorum
ut voluit Plutarhus, addita lunula circa talum.
Iuuen.de Quintiliano,

Appoſitam nigę lunam ſubtexit alutę.

Erat etiā Senatorib⁹ ꝓprius.Cic.Philip.xiij.Mu-
tauit calceos,pater cōſcriptus repēte fact⁹ eſt:Id
eſt,Lunatos calceos ſumpſit. Budęus in Pand.

Non ineptum fortaſſis fuerit dicere fibula con-
ſertum calceū,vng ſoulier a blouquettes,ea ratio-
ne qua Tacitus de moribus Germanorum fibula
conſertum ſagum dixit.

Corrigia autē calciamenti, ea eſt qua calceus fi-
bula conſeritur.Cic.ij. de diuin. Quę ſi ſuſcipia-
mus, pedis offenſio nobis & abruptio corrigię &
ſternutamenta erunt obſeruanda,vne courroye.

Feneſtratum calceum quidam appellant, quem
noſtri vulgo ſcoletatum dicunt: nempe dimidia-
tum obſtragulum habētem, vng ſoulier eſcolete.

Perones, des bottes, des hourdes, gen⁹ ruſtici calciamẽti ex cor.o crudo, aut pellibus compoſitum vt vult Seruius. hinc Virgilius,

Crudus tegit altera pero.

Altus autem erat ad mediã tibiã, ꝙ minus limo aut luto aratorum pedes inficerentur. Iuuenalis,

Nil vetitum feciſſe volet, quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi.

Vnde etiam arator peronatus a Perſio dictus eſt, botte & hourde.

Sandaliũ, Grę̨ci calciamenti genus: quo mulieres potiſſimũ vtebantur, Quod etiã Homus dicitur in Venere reprehẽdiſſe. Terẽt. Vtinã tibi cõmitigari videã Sannalio caput. Hinc Sãdaligerulus nomen á Plauto effictũ in Trinũ. & Sandalariũ Apollinẽ vocauit Gellius lib. 17. cuius ę̨des in ſandalario eſſet: nẽpe vrbis parte in qua conficiẽbantur ac diuendebantur ſandalia, la cordõnerie.

Gallicę̨ gallicarũ, des galoches, ex Cicerone ſecũda Philippica; vbi loco caligarum legẽdũ gallicarum: & Gellio lib. 13. Vide cap. 16. Bayfij.

[Grę̨ci vero καλοπόδιον appellant ligneũ calciamẽtũ. hinc prouerbium, Omnes eodẽ calopodio calciare De ineptis & ineruditis medicis, qui omnibus morbis eadem adhibẽt remedia. Feſtus vero calones vocat calceos e ligno factos.

Sunt & alia permulta calciamentorum genera vt ſunt calcei phecaſę̨i, ſacerdotum & Sicyonij, eorum qui elegãtię̨ ſtudebant, ex Cicerone: quales fortaſſis ſũt quos hodie cornutos calceos appellamus. Eſt & alius calceus, qui Grę̨cis dicitur ἐμβάσε ἐμβάδος Tragicorum ornamẽtũ. Quin-

etiam Apuleius quoque linteos calceos nominat, quos vulgus Italorum ſcarpettas vocat, nos autem, des chauſſons.

Sed hęc omnia recenſere, maioris & longioris operę mihi videretur, q̃ vt libelli breuitas expoſtulet. Quapropter cõmodius fuerit, ſi ad media veſtimenta quamprimum tranſeamus)

De veſtimentis medijs. Cap. v.

POſteaquam ſuperiora & inferiora veſtimenta declarauimus, videtur noſter ordo expoſtulare, vt ad media veſtimenta digrediamur: Atque imprimis a tunicis incipiendum.

Plures tunicas aliquando geſtabãt antiqui: vel fortaſſis ad frigus depellendum: vel alia quauis ratione, vt author eſt Suet. in Aug. & Ouid. ij. Faſt. Et nos quoque ſolemus pluribus tunicis per brumam tegi. Pręter duas igitur tunicas, quas ſuperius explicauimus: nẽpe imam ſiue intimã tunicam, quę camiſia dicitur vulgo, & linea tunica, a Grecis λινοχιτῶν, pręter etiã mediã tunicam, cuiuſmodi eſt tunica rubra, qua brumali tempore vtimur: erat & alia tunica quę his ſuperinduebatur: quam noſtri ruſtici, vocabuli Gręci veſtigia imitãtes atq; retinẽtes, hoquetõ appellãt: quaſi dicas ὀχιτῶν, alij ſaye. Videto Cap. ij. Bayſij.

(Canys, Tunica regia quę περιπόρφυρος erat: hoc eſt, purpura pretextata. Tunica hyberna, ſaye dhyuer. Plautus in Milite, Cõficiãtur tunicę mihi hybernę bonę.)

Tunica manicata, vng ſaye a mãches quã nõ ſi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ne probro vti ſolebant antiqui: quemadmodū videtur ſignificare Cicero dum in gregem Catilinę inuehitur: & Virgilius de fœmineo Patidis comitatu loquēs: Et tunicę, īquit manicas, & habēt redimicula mitrę. Gręci χειριδωτὰς appellāt, Plautus manuleatas tunicas vocauit ſuo more. Ibidē. Tunica lati claui, ſiue latus clauus. Hor. Et latū demiſit pectore clauū, vng ſaye a boutons larges. antea quidē palmata fuit, a latitudine clauorū dicta. nunc autem a genere picturę appellatur: nempe a clauis purpureis qui tunicis inſerūtur. Gręci χιτῶνα πλατύσημον appellāt. Liui⁹ vbiq; palmatam tunicam: Suetonius aliquando, Clauum. Plinius tamē lib. xxxiij. ꝑ clauis annulos ponit, Annuli, inquit, diſtinxerunt alterum ordinem a plebe. Hoc eſt, Tunicę annulatę, ſiue claui lati. Inſigne enim fuit Senatorum, quo ab equeſtri ordine diſtinguebātur. Ibidē, Sumitur & latus clauus ꝑ ſenatoria dignitate. Plin. in epiſt, Ego latū clauū a Cęſare noſtro, ego quęſturā impetraui. (Obiter hęc dicam puerorum cauſa, Tunicam reſutā appellari, quā vulgus vocat, deſcouſue, qđ vocabulū etiam ad omnia alia veſtimētą trāſferri poteſt. Tranquillus in Aug. Sumenti virilem togā, tunica lati claui reſuta ex vtraque parte ad pedes decidit.) Quod autem ad latum clauum attinet, Quintilianus in vndecimo, Ius lati claui pro Senatoria dignitate vſurpaſſe videtur. Ibidem, Tunicę verſicolores, ſayes bigarrez: cuiuſmodi Salij cum trabeis deferebant authore Dionyſio, Cap. xx.

Tunicą phœnicea vel coccina, vng ſaye deſcarlate, quo vtebātur Romani cum pręlij aut pugnę ſignum indicare volebant. (Ea autē nunc noſtris aulicis venatoria eſt aut viatoria.) Ibidem.

Tunica aurea, ſaye de drap dor: qua triūphaſſe Tarquinium Priſcum, Verri⁹ apud Pliniū tradit.

Tunicis etiam Romanę mulieres vti ſolebant longe lateq; diffuſis ad vlnas cruraque aduerſus oculos protegenda, quarum vlnę conſutę non extant: vnde prouerbium, Tunica pallio propior. Quod etiam ex ouidij verſibus elicitur. Erāt igitur Romanę mulieres φχινομερίδες, quemadmodum & ſpartanę, quę ſola tunica, vt inquit Plutarchus, amictę induebant: cuius pinnę diſſolutę aliquatenus erant, Pollux vocat σχιστὸν χιτῶνα. (Fortaſſis id eſt veſtimenti genus in mulieribus, quod Itali vulgo ſottanum vocant, nos vero, vne cotte, ou vng corcet, Vide cap. xij. & xiij.

Tunicas ſubſtrictas & breues citra humerum deſinētes Gręci ἐξωμίδας vocāt ex Gellio: Qua forma tunicę vſum Catonē refert Plutarchus cū brumę tēpore ruſticaret. vng ſaye a cheuaucher Cap. xij. Niſi malis cū Plutarcho in Philopemene χιτῶνα ἱππικὴν vocare: hoc eſt, tunicā equeſtrē.

Tunica talaris, vng ſaye lōg iuſques aux talōs: cuiuſmodi erāt illę muliebres tunicę. ex Cicerone in Catilinam. Ibidem. (Fortaſſis eſt ea quā rectā vocat Plini⁹ lib. viij. qua ſimul cū toga pura induebātur tyrones nouęq; nuptę: quā prima texuit Caia Cęcilia. Tunica autem recta quid ſit, non facile aſſequi poſſum. Tunica vero talaris, ad

imos vſque pedes demiſſa erat, quę Gręcis ποδήρης dicatur.)

Tunica domeſtica, vng ſaye pour vſer parmy la maiſon. Cic. 2. de finibus, Quo loco etiam forenſē tunicā appellare videtur. vng ſaye pour porter hors de la maiſon. Ibidem.

Tunicam linteam purpura prętextam ab Hiſpanis deferri ſolere, quę miro candore fulgebat, refert Liuius lib. 2. tertię Decadis. Quod videtur ad verbū vertiſſe ex Athenęo in ſexto: Appellat enim ille huiuſcemodi veſtimēta χιτῶνας περιπορφύρους. Polybiꝰ quoq; χιτωνίσκον περιπόρφυρον dixiſſe videtur lib. 3. Vide Cap. 10.

(Non omittam hoc loco quod Homerus Argiuos χαλκοχίτωνας appellare ſoleat: hoc eſt, ęreis tunicis indutos & armatos. Itaque χαλκόχιτον ἔνοσ erit quam vulgus vocat, vng homme armé Tunicatꝰ, ſola tunica indutꝰ, en ſaye, en hocq̄ton Gręcis μονοχίτων dicitur. Qua ratione Cleopatram tunicatā Auguſto iiſſe obuiā refert Plutarchus: & Ennius Carthaginenſium iuuētutem tunicatā appellat: Athenęus quoq; ſtatuas tunicatas vocauit. Cap. 12. Quinetiam Tacitus refert Auguſtū ea ignominia milites ſuos affeciſſe, vt per totū diem iuberet eos ante prętoriū ſtare, interdū diſcinctos tunicatoſque. Cap. 8. Et quia fuit aliquādo tempus cū P. R. toga nō vteretur, ſed tātum tunica: Itaque Tacitus plebē Romanam, populum tunicatum appallat. Cap. ix.

Tunicam, chirurgi & medici in ſua anatome vocant tegumentum & membranam illam quam

viſcera, inferiora quidem a peritonęo, ſuperiora autem a mediaſtino accipere dicunt. vulgus vocat vne taye. Plin. lib. xj. cap. 37. Tenuibus multiſq; membranis oculos natura compoſuit: calloſis cō-tra frigora caloreſque tunicis. Idē tuniculas ocu-li vocauit lib. 26. cap. 12. Et Celſus teſticulorum inuolucra, tunicas appellauit. Perſius quoque cę-pe tunicarum eadem ratione dixit. Cap. 12.

(Tuniculę molles a Gellio dictę ad Catonis mollitiem exprimendam: quod nimium delicato veſtitu vteretur. Quod fortaſſis de ima ſiue inti-ma tunica dici poteſt, quam camiſiam vocamus. Cui ſentētię accedere videtur Turpilii locus: Me miſerā quod inter vias epiſtola excidit mihi: in-fœlix, inter tuniculam & ſtrophium collocaram.)

Sagū, vng ſayon, genus tunicę militaris quę ar-mis ſuperinduebatur: alii accouſtramentum vo-cant, vt prętoriani. Militare erat indumentum. vnde Tulli9, Itur ad ſaga: hoc eſt, ad arma. Et ſa ga parare apud eundē: pro bellum inſtruere. Cę-ſar primo belli ciuilis, Reliqui coeunt inter ſe, & repentino periculo exterriti ſiniſtras ſagis inuol-uunt, gladioſq; diſtringūt, Ilz entortilloiēt leurs ſayes ētour de leur bras gauche, Saga Liguſtica ꝓbat Strabo in 4. Plutar. περιθωρακίδια appel-lat in Artaxerxe. Quinetiā idē Strabo, milites ἐν σάγοις dixit: hoc eſt ꝙ vulgus ait en ſaye. Cap. 15

(Sagis cucullis agricolas olim vſos fuiſſe teſtatur locus Columellę lib. 1. cap. 8. Cultam, inquit, fa-miliam magis vtiliter quam delicate habeat, mu-nitamque diligenter a vento, frigore, pluuiaque,

quę cunċta prohibentur pellibus manicatis,centonibus confectis,vel ſagis cucullis.Hoc eſt, Cucullos habentibus a tergo,quibus dum pluit caput operire poſſint. Cato Cuculiones appellare videtur cap.ij.quod cucullam a tergo haberēt ad caput muniendum contra imbres:Cuiuſmodi indumenta fieri ſolent iis qui captiui dicūtur ad agitandos remos in bello nouali:vulgus galiotos appellat. Cucullam autem factam fuiſſe ad caput tegendum/cuiuſmodi eſt illud quod a tergo illi⁹ pallijquod Hiſpanicū vocamus,dependet/oſtendit locus Martialis lib.v.

Illinc cucullo proſpicit caput tectus.)

A ſago fit ſagulum pro eodē. Virgi.de Gallis loquens,Virgatis lucem ſagulis(Hoc eſt,Quę habent in virgarū modum deductas vias: vel etiam purpuratis,vt inquit Seruius.Virgā enim antiqui Galli purpuram appellabant)Ibidem.

Sagatus, ſago indutus. Tranquillus in Cęſare Dictatore:& Martialis,

Vis purpureum Marce ſagetus amen?

(Et ſagaria ab vlpiano dicta,pro arte cōficiēdi vel vendendi ſaga,quēadmodū lintearia.Ibidem.

Sagum fibula conſertum,vng ſaye atache auec vne boucle,dixit eleganter Tacitus,de moribus Germanorum.)

Abolla quoque militaris erat tunica,Quę Tyria a Martiale dicitur:

Neſcit cui Tyriā dederit Criſpin⁹ abollā.Ibidē.

Lęna quam Gręci χλαῖναν vocitant,a militibus per ęſtatem deferebatur.Ea quoque villoſa in ſacrificijs vſos antiquos Cicero in bruti teſtatur.

Et pellenicę lęnę antiquis victoribus Athletis prҿmij ioca dabantur. Nonius inter veſtes ponit, Vide cap. xv.

(Succurrit hoc loco, quãdo de lęna villoſa ſermo eſt: nõ ineptum fortaſſis fore ſi eadem ratione qua villoſa lęna a Cicerone dicta eſt, Sagũ etiam villoſum dicamus: cuiuſmodi paſſim nũc in Italia vti ſolẽt: & apud Gallos nõ pauci: Sagum phryſatum vocant, vng ſaye phryſe.

De veſtimentis externis Cap. vi.

SVperſunt nunc exteriora veſtimenta, quę omnia fere togarũ ac veſtium nominibus continentur. Itaque primum de togis, deinde vero de veſtibus dicemus: poſthęc autem ad ornamenta & colores digrediemur.

Toga, vne lõgue robe. Tunicę toga ſupinduebatur, vel tunicis potius. Erat autem Romanorũ, quemadmodũ palliũ Gręcorum: vnde Comœdię togatę dictę, quę Romanorũ: palliatę, quę Grę corum. Solis autem Romanis ciuibus licuit olim toga vti: & ſane fuit tempus cum fęx vulgi nõ temere vnquam Romę toga vteretur, ſed ſola tunica. Togã Plutarch⁹ τήβεννον, Athenę⁹ τήβεννα vocat. Cap. ix. (Itaque togatos recte appellabimus eos, quos vulgus vocat, gẽs de longue robe, nẽpe Senatores & magiſtratus forẽſes, quorũ decus eſt oblongiore veſte amictos incedere.)

Toga etiamnũ pacis inſigne fuit, hac enim maxime differebãt Senatores togati a ſagatis militibus. Tullius in Piſonem, Non dixi hanc togam, qua ſum amictus, nec arma, ſcutum, & gladium,

vnius imperatoris: ſed quod pacis eſt inſigne & otij toga: cōtra autem arma tumultus atq; belli. Vnde etiam hic verſus a Cicerone factus, Cedāt arma togę: Hoc eſt, Bellum paci concedat. Inde quoque togati pro pacis amatoribus ab eodem dicti lib. iiij. ad Atticum, Ergo erimus ὅπλιται, qui togati eſſe volumus? (Hoc eſt, bellum igitur ſuſcipiemus, & arma: quum nos magis delectet pax ipſa, atque adeo toga, quę eſt velut pacis & otij inſigne?) Cęterū etiā a togę frequenti vſu Gallia togata dicta eſt, quę eſt nūc Italię pars intra Padum, Rubiconemquę, & Apenninū montē. Dicti quoque Hiſpani togati & ſtolati, qui Beticam incolūt. & Xerxes togatus a Magno Pomp. dictus. vt teſtatur Plinius. Cap. 10.

Toga candida vtebantur qui magiſtratum petebant. vnde extat oratio M. Tullij habita in toga candida, nempe in Catilinam & Antonium competitores. Liuius album veſtimētum vocat iiij. ab vrbe, Placet tollendę ambitionis cauſa tribunos legem promulgare, ne cui album veſtimētum addere petitionis cauſa liceret. Inde Candidati dicti qui magiſtratum petebant. Cap. 9.

¶ Toga quoque alba hilaritatis index fuit, qua in epulo, vel publico, vel parentali vtebantur. vnde albati dicti. Cic. in Vatiniū, Cum ipſe epuli etiam dominus Quintus Arius albatus eſſet, tu in templum Caſtoris te cum T. Fibulo atrato, cęteriſq; tuis furijs, funeſtum intuliſti. Horatius ij. Serm.

Ille repotia, natales, alioſve dierum
Feſtos, albatus celebret. Gręci λευχειμονοῦντα vocant.

Toga pulla ſiue atra,vne robe de dueil, qua in funeribus vtebãtur,vt nunc quoque vtimur.Cic. in Vatiniũ, Quis vnquã in luctu domeſtico, quis in funere familiari cœnauit cũ toga pulla? cui de balneis exeunti prẹter te pulla data eſt? Vnde pullati & atrati dicti. Cicero eodem loco, Quẹro, quis vnq̃ cœnauit atrat⁹? Grẹci vocãt μελανειμονοῦντα. Hẹc Bud.in reliquis annot.Pandect.)

Togula,vne petite ou mince robe.Martialis,
Trita quidẽ nobis togula eſt, vilıſque putriſque.
Hinc fit Togatulus,qui togula vtitur. Idem 7. Epigrammatum,
Sit maior numerus togatulorum. Cap.x.
(Nempe togatulos appellare videtur eos qui potentiores magiſtratus mane ſalutatũ ibant,& per vrbem concomitabantur honoris & prẹmij gratia.quod munus vulg⁹ vocat,faire la court. Itaq; togatuli erant quos cortiſanos dicimus.

Toga pura dicebatur,cui nulla purpura prẹtexta erat.quã ἀπόρφυρον καὶ τέλειον ἱμάτιον: Hoc eſt,iuſtam & ſine purpura veſtẽ appellat Plutarchus in Anthonio.Hac autẽ,vt inquit Plinius in viij.induebantur tyrones, nouẹq; nuptẹ eo ipſo die quo viris tradebãtur:quẹ tũc temporis inepte virilis dici potuiſſet.(Lucanus in principio.vij.
-pura venerabilis ẹque
Quam currus ornate toga. Id eſt, nec picta,nec triũphali,nec prẹtexta.)Vide Budẹum in Pand.

Toga virilis,quã ἀνδρεῖον ἱμάτιον vocat Plutarchus in Bruto,Sumebatur ſedecim annorũ ẹtate ſtatim poſt prẹtextã depoſitam.Quod con=

ijcitur ex Tranquillo in Aug. Duodecimum an-
num agens, auiam Iuliam defunctam pro concio-
ne laudauit. quadriennio poſt, virili toga ſumpta, &c. Sumebatur autem in tēplo Iouis Capitolini, vt inquit Varro. (Et quomodo a toga viri cenſe-
bantur, ſic Athenis, ἐδοκιμάζοντο: id eſt, εἰς ἄνδρας ἐγράφοντο: καὶ ἐτάττοντο εἰς ἄνδρας: quod & τελεῖν εἰς ἄνδρας. dicitur. Cicero in philippicis, Sūpſiſti virilem togam: quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. Scommate Philippum excipit, quod etiam virili toga ſumpta, non abſtineret ab effœ-
minatis & puerilibus negotijs.

Toga prętexta, vel prętexta abſolute, dicebatur ea toga cuius orę & circuitus purpura prętextus erat. Hac de re περιπόρφυρος a Plutarcho in pu-
blicola dicta, quaſi habens in circuitu purpuram intextam: & cuius limbus erat purpureus. (Limbus autem, vt poſtea in ornamētis docebi-
mus, erat faſcia, quę ambibat extremitatem veſti-
um in circuitu, Virg. iiij. AEneid.

Sidoniam picto chlamydem circundata limbo.

Id autem eſt prętexere) Quod verbum ab autho-
ribus antiquis vſurpatum video, pro eo quod vul-
go dicimus Bordare. & Cooperire bordum. Auſo-
nius, Quibus Danubij ora prętexitur: id eſt, co-
operta & bordata. & Ouidius prętexta velis litto-
ra dixit, pro bordatis. Item Plinius lib. xvij. p̄te-
xta tuguriorū appellauit, quę nos borta tecti tu-
guriorum barbare diceremus. Cap. x.

Vt autē ad prętextā redeamus, Budęus ex Pę-
diano refert, prętextam nobilium fuiſſe tam mu-

lierum,quam virorum:idq; exẽplis Ciceronis cõprobare videtur. Plutarchus etiã & Liuius pueros prętextatos appellãt. plura videto in annot. reliquis in Pandectas.

A prętexta,prętextata amicitia iam inde a puero cœpta apud Martialem. Prętextati quoque cognomentum papirio indutum,vulgatiſſimũ ex Gellio. Prętextatus idem dicitur,qui nondũ poſita prętexta, togam virilem ſumpſit. Tullius in ſecunda ad Antonium,Teneſne memoria, prętextatum te decoxiſſe? Prętextatum dicit eum qui pupullari ętate eſſet. Cap. x.

Prętexta etiã magiſtratuũ erat ex Liuio, qua vtebãtur cenſores qui erãt veluti in apice & culmine dignitatis conſtituti: de quibus loquitur Atheneus. Quinetiam Cicero pro Cluentio,prętextam inter ornamenta ſenatoria ponit. Ibidem.

Conceſſum eſt etiam aliquando Romanis ſenatorib⁹ honoris ergo,toga vti prętexta in ſpectaculis,cum alioqui lacerna in vſu vulgati eſſet. Qui honos cõceſſus eſt a ſenatu M. Catoni cum pręcipua pretura.id refert Plutarchus in Catone. Cap. xvi.

Prętexta pulla nulli licebat vti authore Feſto, niſi qui funus faciebat: quę haud ſcio an alia fuerit,a toga pulla,de qua ſatis dictum eſt. Budęus.

Redeamus ad Togã. Quibus igitur hominib⁹ vti toga Romana licebat,ij. vt ciues habebantur. nam qui ciuitatem Romanam amittebant, vſum quoque togę amittebant. Budęus. Cęterum ſolebant Romani togati,potentiores cõcomitari per

vrbem,cum aliſs ciuibus togatis, qui etiam mane eos ſalutatū ibant. Atque hinc eſt quod Martia-lis togam raram optat,inter cęteras vitę fœlicitates,ne cogatur bene mane togatus,circunuolare limina potentiorum,ſalutationis defuncturus officio,quod qui diligenter obibant,ſportulā in ſingulos dies accipiebant, centum ſcilicet quadrantes;qui nummus valet decem ſolidos ex noſtris. Pręterea fuit tempus cum toga,commune veſtimentum eſſet diurnū ac nocturnū, & muliebre & virile. Poſtea vero mos fuit vt mulieres adulterij conuictę virili toga indutę,in publicū procedere cogerētur,vt refert Iſidorus. Hę Bayſius cap.ix. Hinc Horatius.j.Serm.motronas,togatas vocat: quid inter Eſt in matrona ancilla peccesve togata. Matronę enim quę a maritis repudiabantur, togā accipiepāt ſublata ſtola,propter ignominiā.

Toga attrita,vne robbe vſee.Martialis.
Attrita veniet ſportula ſępe toga.

Toga etiam pro facultate oratoria.Lucanus de Cicerone, Cuius ſub iure,togaque
Pacificas ſęuus timuit Catilına ſecures.

Toga arcta,vne robbe eſtroicte. Hora.j.Epiſt. Arcta decet ſanum comitē toga. Arctiori enim, vt opinor, toga vtebantur comites, anteambulones,& ſalutatores illi de quibus ſupra diximꝰ,potius quam cuiuſuis ordinis alıj. Togā reſtrictam appellare videtur Suetonius in Auguſto.

Toga laxa,robe large a plain fond.Togas enim inquit Acron,Romani pro cēſus modo,laxas vel arctas gerebāt.Itaque laxas togas, Senatorū ma

gis fuiſſe putauerim:Quas etiã fuſas appellaſſe videtur Sueton.in Aug.Togis neque reſtrictis,neque fuſis vſus eſt:Clauo,nec lato,nec anguſto.

Toga picta triumphantium fuit,quemadmodũ & trabea.Feſtus,picta quę nunc toga dicitur,antea purpurea vocitata eſt.eratq; ſine pictura,&c. nempe palmata apud antiquos.Greci ἀνθινὰς appellant; quarum multa mentio apud Athenęum, Strabonem, & alios.

Toga purpurea, quam Plutarchus triumphalẽ etiam vocat.Tullius in ſecunda Philipp.Antecedebat ĩ roſtris collega tuus,amictus toga purpurea,in ſella aurea. Liuius primo belli Macedonici, Dona ampla data quę ferrent regi,vaſa aurea, argẽteaque,togaque purpurea.Quibus verbis adducor vt credam veſtem illam quã ſacri Euãgelij ſcriptores purpuream & purpuram dixerunt, fuiſſe togam purpureã,quę & toga picta dicebatur:qualis in ſeruatoris noſtri ludibrium ſcilicet, tãquã a S.P,Q.R.miſſa fuit,illi qui ſe regem Iudęorum diceret,vt mentiebãtur Iudęi.Ibidem.

(Togas raſas Phrygianaſque diui Auguſti nouiſſimis temporibus fieri cœpiſſe ſcribit Feneſtella. Neſcio an ſericeas & arte laboratas intellegat. Itali enim raſum adhuc vocãt,du ſatin,quod fortaſſis nullis villis hirtus appareat, quemadmodũ holoſericum,quod villutum etiam appellant.)

Toga palmata eadem cum trabea fuit & picta: triũphalis enim erat, & a victoria dicta,quę palmę nomine ſignificatur. Martialis, Palmatęque decem ſed cito redde togę. Ibidem

Trabea triumphantiũ erat vt toga picta. Hinc Auſonius, Trabea vt in pace conſulum: ſic in victoria ducis triumphantis. Itaque trabea quoque conſularis fuit, quod etiam Ammianus confirmare videtur: appellat enim conſularẽ trabeam quę a conſulibus deferri ſolebat. Virg. vij. AEneid. Ipſe Quirinali trabea cinctuq; Sabino Inſignis. vbi Seruius, Sabinũ cinctũ, ĩterpretatur trabeam ſic in tergũ reiectã, vt vna eius lacinia a tergo reuocata hominẽ cingat. Quo veſtimẽti genere vtebatur cõſul bellũ ĩdicturus. Quinetiã Salios Dionyſius refert tunicis verſicoloribꝰ indutos fuiſſe, togaſque annectentes fibulis circũductis purpura ſub tegmine puniceo, quas trabeas vocant. Eſt enim gentilis ea veſtis, Romanis valde honorifica. (Quo ex loco pueris non inutile fuerit diſſerere, quam elaganter dictum ſit annectere togam fibula purpura circũducta, clorre ou fermer & ſerrer la robe auec vne boucle entouree deſcarlate, cuiuſmodi Virgilius dixiſſe videtur:

Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem. Prȩterea ſubtegmen, illud eſſe quam tramam vocamus. Itaque cõijcere poſſumus has trabeas, quas Dionyſius deſcribit, textiles fuiſſe: idque ex Virgilio, cum de Andromache loquitur:

Nec minus (inquit) Andromache digreſſu mœſta ſupremo

Fert picturatas auri ſubtegmine veſtes. Poſtea vero ſubdit: Textilibuſque onerat donis.) Fuit enim ſane tempus cum Trabeę equitũ eſſent vt coniecto ex Martiale in Didymum:

Theatra loqueris,& gradus,& edicta;
Trabeaſque & idus,fibulaſque,cēſuſque.Ibidem.

Cęterum trabearū tria eſſe genera ſcribit Suetonius: Vnū,quod dijs ſacratur, & eſt totum purpureum. Alterū quod eſt regum,quod etiam purpureum eſt,ſed albo infectum. Tertium,eſt augurale,purpura & cocco mixtis infectum. Ibidem.

Trabea quoque vtebantur equites in funebri pompa,vt inquit Tacitus in tertio,de funere Germanici. Trabeam autem Plutarchus in Romulo ἁλουργίδα vocare videtur. Ibidem.

Paludamentū,vne cotte darmes. Plutarchus in Lucullo ἐφεστρίδα vocat , & in Craſſo φοινικίδα, pro purpureo paludamēto poſuit. Erat autē imperatorum & militum amictus quo ſuper armis indui ſolebant. Dicerem id veſtimenti genus, cui intexti liliorū flores, quodque induti reges Gallorum depigi ſolent. Plutarchus in Iulio Cęſare στρατηγικὴν ἐσθῆτα vocat. hinc paludatos duces dixit Iuuenalis. Tullius ad Caſſium ; Panſa noſter paludatus ad tertium Cal. Ianuarij profectus eſt. Vtebātur & milites Gręci alio genere veſtis quā ἐφαπτίδα appellat Athenęus in quinto. paludatum autem,vulgus vocat,encotte maille.

Paludamento aureo textili,ſine alia materia indutam Agrippinam Claudij principis vxorem in nauali ſpectaculo refert Plinius. Quod Tacitus non paludamētum dixit,ſed chlamydem auratā, in duodecimo. Vide cap. vij.

Chlamys,veſtis militaris & regia, quę vt inquit Strabo libro ſecundo Gręcorum & maxime

Macedonum fuit,qua pro paludamento vtebantur. Dionyſius libro quinquageſimo,chlamydem pro veſte militari, Romanorũ paludamento fortaſſe,vel ſagis poſuiſſe videtur. Quinetiam chlamydem Vlpianus inter puerilia recenſet,qua Numa primus Romanorum regum vſus eſt, & eadẽ coccina vſum Alexandrum imperatorem teſtatur Lampridius. Cic.pro Rabir. Chlamydatum L. Syllam imperatorẽ vocãt.Et Plautus chlamydulam appellauit. Cap. xj. (Quod autem Virgilius de Didone loquẽs dixit,Sydoniam picto chlamydem circun lata limbo:id quidem ad regiam maieſtatem oſtendendam dixit:ac ne videretur minus proprie fortaſſis mulieri attribuere huiuſcemodi veſtimenti genus,addidit pictum limbum. Erat autem limbus,vt id quoque obiter etiam diſcamus,faſciola quędã ſiue inſtita, aſſuta extremę parti veſtium muliebriũ: cuiuſmodi paſſim apud Germanos deferre videntur nobiliores matronę. Inde textores Limborarij a Plauto dicti:quorũ officium erat huiuſcemodi faſcias arte quadam eleganti intexere.)

Pallium Gręcorum fuit,quemadmodum toga Romanorũ.Tullius pro Rabirio,Conſularis homo,ſoccos habuit & palliũ.Quod inter veſtimẽta cõmunia, quę Tacitus in tertio promiſcua appellare videtur,ponit Vlpianus:ea vulgus vocat, robe a tous les iours.Gellius lib.ix.Herodi philoſopho palliũ attribuit. vnde Palliotenꝰ & Barbatenus philoſophi dicuntur,qui nihil habent pręter pallium & barbam. Pallia etiam pro linteis

quibus in lecto vtimur,ſumpſit Iuuenalis ſaty.vj.
Aduocat Archigenam,oneroſaq; pallia iactat.
Horatius veſtem nocturnā dicit:Veſtem nocturnā maculant,ventrēq; ſupinū,les draps du lict.

Pallijs etiam mulieres vtebātur,quę tunicis ſuperimponebant:vnde prouerbium,Tunica pallio propior. Erant & pallia cœnatoria, quibus tum viri,tum mulieres vtebātur,dum in triclinijs,cœnarent:de quibus Martialis,

Ad cœnam venies,ſed ſic in menſa recumbes,

Vt non tangantur pallia noſtra tuis, De pallijs cœnatorijs intelligit, quę eadē & cœnatoria abſolute dicebantur. Idem lib.x. Ebrięq; noctis Cœnatoria mittet aduocato.

A pallio fit palliolū,quod laneum fuit.Marcial. Succcida palliolo vellera quinque petit.Iuuenalis quoque mulieres palliolatas fuiſſe teſtatur. Hinc palliolata virgo apud Martialem:& palliatus apud Gellium lib.ix.Vide cap.xiij.Bayfij.

(Palliolum quoque pro breui operimento ſumi poteſt quod humeris conijcimus, dum peregre proficiſcimur,vng manteau,Plautus in Epid. Orna te Epidice, & palliolū tuū in collum conijce.Iecte ton manteau ſur tes eſpaules.

Palla,inquit Varro,ideo dicta, quod palam ſit. Quę varia fuit,& multis propria. pallā enim geſtabāt mulieres quę palla honeſta Horatio dicitur:ea etiam tragœdi vtebātur:ex Ouidij tertio Amorum.Prętere fuit palla longa ad terram vſque promiſſa apud Virgiliū. fuit & palla breuis quę Gallica dicebatur. erat autem facta ad for-

mam noſtri palletoci manicati. Martialis,

Dimidiaſque nates Gallica palla tegit.

Quē verſū videtur interpretari Strabo in quinto, cum ait tunicarū vice pallas manicatas a Gallis geſtari ſolere, ad verenda vſque, nateſque medias pertingentes, Cap. xiij. (Fortaſſis non ineptum fuerit quam cappam Hiſpanicam vulgo vocamus, pallam Hiſpanicam vocare: qua breuiſſima vtunt̃ Florētini, vne cappe a leſpaignole. Habet aūt a tergo, & de humeris dependentem cucullum ad arcēdos imbres & collum ac caput ab iniurijs externis protegendū: Itali vocāt, vng cazpuzzo: noſtrum vulgus cappetam vocat, quę monachorum quoque propria eſt.

Bardocucullum autem opinor eundem fuiſſe cū palla Gallica, quo ſcilicet Galli Xanthones vtebantur: dictum quaſi bardus cucullus: Hoc eſt, rudis & male compoſitus. Martialis,

Gallia Xanthonico veſtit te bardocucullo,
Cercopithecorum penula nuper erat.)

Penulā autē abuſiue nobiliſſimi veteres dixere omne quicquid tegit veſtimenti genus itinerariū ad pluuiā arcendā, vt inquit Lampridius: nos viatoriā veſtem dicemus: qua etiā mulieres vtebantur peregre proficiſcentes. Gręci φαινόλην vocāt & μανδύην: cuius verbi vocabula ſequentes nos, māteau, dicimus: habet enim Mādia ſimile quiddam cū penula: Qua etiā oratores vſos refert Tacitus & Lampridius in Alexandro, ſenes. Hinc fit penulatus, pallio amictus, amantele. Cic. pro Milone, Cum alter veheretur in rheda penulatus,

Pænula ſcortea, vtuntur ij qui ſolenne habent viſere ędem D. Iacobi in Cõpoſtella: broudes, vocamus. (Appellãt autẽ Hiſpani lingua ſua huiuſmodi tegumẽtum, mozeta di cuero.) Scorta enim veteres, pelles nominabãt. Vtũtur & penula ſcorta pegaſarij curſores qui a Gallia Lugdunẽſi quinto aut ſexto demũ die Romã aduolãt, ſubinde pſtationes mutatis equis, vulgus poſtas vocat.

Penula gauſapina, erat crebra & villoſa, qua hyberno tempore & frigido vtebantur. Cap. xvij.

Lacerna pręterea vtebantur Romani ad arcendas pluuias, quam togę ſuper imponebant, cum ſpectaculis operam ſedentariam pręſtarẽt. Iuuenalis Satyra nona,

Pingues aliquando lacernas,
Munimenta togę duri craſſique coloris.

Quod idem ex Trãquillo & Martiale probatur. Eandem quoque militum fuiſſe videtur ſignificare Propertius in quarto:

Texitur in caſtris quarta lacerna tuis.

Dicta lacerna quaſi lacera, quod capite minus ſit. Et autem non vtebantur illuſtriores, niſi pluuio tempore, aut in ſpectaculis: quas autẽ in ſpectaculis deferebant, albas fuiſſe conijcimus ex Martiale, qui in Horatium ludit, quod nigra lacerna opertus ſpectaculis adfuiſſet. Lacernis quoque mulieres vſas videtur innuere Iuuenalis in prima ſatyra. Quinetiam in pleriſque Italię ciuitatibus matronę lacernatę, mirifice temperato greſſu incedunt.

Fortaſſe non ineptum fuerit noſtros iuris vtri-

vſque doctores quũ cappis, quas vocant, pellitis ornati incedunt, lacinijs ornatos dicere: id autem inſigne plerunque apud Italos deferre ſolent.

Sacerdotes quoque qui canonici dicuntur, lacernis nigris ornantur, & cucullo, cum in choro pſalmos Dauiticos decantant. Tempore vero ęſtiuo vtuntur amictu pelliceo, quem ab amiciendo opinor aumiciam vocant. vne aumuſſe,

Item videntur lacernę eſſe eę quib⁹ cardinales Romę obequitando trũphantium more vtuntur, ſacerdotij, vt ita dicã, diabaphici ius adepti cum cucullo & cauſia purpurea. Cęterũ lacernas pauperiorũ fuiſſe oſtendit Iuuena. in tertia. Cap. xvj.

Endromis veſtis genus quo ἐν δρόμῳ: hoc eſt, in curſu vtebantur, palęſtra, quã pinguem hirſutamque & villi longioris fuiſſe conſtat ex Martiale lib. iiij. Iuuenalis item in ſexta taxat mulieres Romanas, quę endromide purpurea vterentur.

Sindon veſtis linea a Polluce dicta, vel amictus ex lino AEgyptiaco: quod nũc dicroſſum appellatur: dicta vt opinor, quia primũ in Sidone vrbe huiuſmodi amict⁹ fieri cœpit. ob id Tyria a Martiale dicta. Erãt enim vicinę vrbes Tyrus & Sidõ.

Othonium autẽ veſtimentũ magis ex lana fuit, hoc eſt, vt ait Homer⁹, ἐξ ἐρίου potius. i. ex lana, quam ἐκ λίνου, id eſt, ex lino. Cap. xiij.

De varijs veſtiũ appellationibus. Cap. VII.

VEſtis, vng habillement. Gręci ἐσθῆτα vocant omne veſtimẽti gen⁹, cuius a, natura is vſus fuit, ſimul vt depelleret iniuriam eę

ſi, ſimul vt eas corporis partes, quę non decore aperiuntur, velaret: vnde nomen accepiſſe creditur. Veſtem pręterea accipere videtur Cicero in Verrem pro ipſo panno. Hic eſt quod ait vulpianus veſtimentorum omnia lanea eſſe. (Veſtimentum autem a veſte ita deſtinguemus, vt dicamus veſtimentum omnia ſimul veſtimẽtorum genera comprehẽdere, quibus corpus tegitur: generalius enim quiddam eſt: Veſtem autẽ ipſum indumentum ſeorſum & ſolum, ac ſingularẽ quandam veſtimenti ſpeciem.) Cap. j.

Stola ἀπὸ τοῦ σέλλομαι idẽ fere quod veſtis nã & id cõprehendere videtur ex ethymo, quod indui a nobis ſolet. Itaq; nulla alia ratione a veſte differre videtur, quam ea qua veſtimẽtum ab indumẽto quis differre putauerit. Quanquã non defuerunt qui inter veſtimenta muliebria ſtolam annumerarẽt, inter quos fuit Vlpianus: Et authorem videtur habere locupletiſſimum Ciceronem in Antoniana ſecũda, in hęc verba: Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrẽ ſtolam reddidiſti. (Cui ſententię videtur accedere Vitruuius lib. j. cum Cariatides matronas ſtolatas depingi ab antiquis ſolere ait, & pro calumnarum ornamẽtis ad fulctenda ędificia rectas erigi.) Stola itẽ ꝓ cultu a quodã Gręcarũ elegãtiarũ ſcriptore poni videtur ex Plutarcho ĩ Alexãdro Ibidẽ. (Veſtis inſignis, robbe deſtat: qualis nũc a noſtris conſulibus geritur. quaſi vero conſularem & nobilem ac ſplendidam veſtem dicamus. Liu. Flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit, inſigniq;

eum veſte & curuli regia ſella adornauit. Quin- etiã inſignia gentilia hodie dicemus, quę vulgus arma vocat,quaſi armis quęſita.des armes.

Baſilicã pro veſte regia ἀπὸ τῆς βασιλείας dixiſ- ſe videtur Plautus in Epidico,vng mãteau royal.

Segmentata veſtis,hoc eſt geminata,quop ſeg- mentis,ac margaritis & gemmis ornata eſſet. Segmenta enim gemmas vocat Iuuenalis:
Segmenta & longos habitus.
Idem etiam ſemẽtatas cunas vocat:hoc eſt,gem- mis decoras:
Et ſegmentatis dormiſſet paruula canis.
Hoc eſt, cunis ſegmentatum veſtimentum ſuper- impoſitum habentibus.

Serica veſtis, ſiue ſerica abſolute, ex Martiale, quę & medica olim dicta fuit, vt inquit Pollux lib.j.de bello Perſico:a Seribus populis dicta:a- pud quos vermiculus quidam σηρ appellatus ſeri- co nomen dedit.Tacitus in ſecundo Siricam pro Serica ſcriptum reliquit. Falluntur aũt maxime qui Sericum putant eſſe,quam vulgo ſetam voca- mus:quamque conficiũt iſti vermiculi,qui paſſim in Italia & Gallia lanificij cauſa nutriuntur. ſunt enim bombyces, non autem ſeres.

Holoſerica veſtis,tota ex ſerico,nulla alia mate- ria, qua primus Romanorum vſus eſt Antonius Heliogabalus ex Lampridio,cuius immẽſum fu- iſſe pretium conijcitur ex Flabio Vopiſco.

Subſericę veſtis,ſubſtamẽ ex ſerico eſt:cuiuſmo di fortaſſe videt̃ id quod vocam⁹,Satĩ de bruges.

Bombycina veſtis,vel bõbycina abſolute,Pli-

nius ad luxum fœminarum fuiſſe ait. Mart. Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus. A bombycibus vermiculis dicta,quorum filo tela delicatiſſima contexitur.Hos autem fuſiſſime deſcribere videtur Plinius. (Quare mea quidẽ ſententia,maxime falluntur iј qui Bombyciniũ barbare pro diploide vel thorace effinxerũt:cũ nulla eius verbi ratio adferri poſſit.)Cęterum Bombycinã veſtem Propertius a Co inſula Coam veſtem appellat.Cap.vj.

(Byſſina veſtis, ex lino delicatiſſimo & ſubtiliſimo compoſita,quod byſſus appellabatur, adferebaturque Romam ex Achaia ad mulierũ delicias:cuius ſtipulam quaternis denariјs vęniſſe author eſt Plinius lib.xix.cap.j.Thyleſius Byſſinã veſtem vt aurũ fulgere,ait: eratque ornatus diuitum.quod vel ex Euãgeliј loco certũ eſſe poteſt: in quo diuitis parabola tractatur,

Veſtis vndulata,de camelot,quod eius cõtextus vndarum fluctus imitet̃. Plin.lib.viij.cap.xxviij. Vndulata veſtis primo laudatiſſima fuit,inde Soriculata defluxit.

Hodie veſte Serica heteromalla vtimur,quã villoſam & villutam vulgo dicimus,robe de velours. Quemadmodũ & lanea Heteromalla,quã trippĩ, ni fallor appellamus,trippe de velaurs.Cap.xiiij.

(Neque vero omnino ineptum videbitur, quãdo ita cõmunis appellatio fert,ſiveſtẽ damaſcenã dicamus eã,quę varias in cõtextu figuras refert: qui mos fortaſſis a Damaſco profectus eſt.Itaque ea ratione dici poterit,qua nos Pruna Damaſcena

dicimus,ſimilia iјs quę in Damaſco naſci ſolẽt.)

Veſtis aurea & veſtis clauata ꝑ auro & clauis aureis conteſta,dicta eſt a Vopiſco,cũ tacitũ imperatorẽ ait,auro clauatis veſtibus interdixiſſe.

Attalica veſtis,brochee dor: Plin.in vndecimo, Aurum intexere in Aſia inuenit Attalus rex,vnde nomẽ Attalicis.Ibidem.(Plin.lib.xxxvj.cap. xv.Sed & reliquus apparatꝰ tãtus Attalica veſte, tabulis pictis cęteroque choragio fuit.

Picta veſte vtebantur triumphantes & nobiliores ac regiј.Iuuen.

Et latum pictę veſtis conſiderat aurum.

(Virgilius picturas vocat lib.iiј.AEneidos,

Fert picturatas ſub tegmine veſtes)

Porro colores diuerſos picturę intexere Babylõ maxime celebrauit,& nomen impoſuit.

Polymita,veſtis plurimis liciјs intexta:quod opus primum ab Alexandria profectũ eſt:quemadmodum & belluata tapetia.Plin.lib.viiј.

Veſtem militarẽ Plutarchus in Tiberio vocauit ἐσθῆτα στρατιωτικὴν .Ibidem.

(Veſtis domeſtica,robbe de chãbre,a Cicerone dicta,quam Veneti delimanum vocant.Quemadmodum etiam forenſem dixit ſecundo de finibꝰ.

Tenuis veſtis & ſimplex ac etiam denſa ex eodem,robe ſangle.)

Pellicea veſtis,robe fourree,quã foderatã vulgus dicit,quę etiã pellibus duplicata dici poteſt.

Veſtis viatoria ex Budęo,quam Herodianus in quinto hodœporicam appellat,vulgus robã curtam dicit.Cap.j.

Veſtis Melitenſis muliebris fuit quę fiebat Melitę,quę eſt inſula ſatis lato periculoſoque mari a Sicilia diſiuncta,in qua eſt eodē nomine oppidū, quo iſte Verres inquit Tullius,nunquam acceſſit: quod tamē oppidū iſti in textrinā ꝑ trienniū ad muliebrem veſtem conficiendam fuit.Cap.xvij.

(Cyclas cycladis, vne faye, veſtis muliebris tenuiſſima, explicabilis & ſpatioſa, quę in modum veli quod totum corpus circundaret,facta erat: a κυκλόω id eſt,circundo dicta. Iuuenalis,

Hę ſunt quę tenui ſudāt in cyclade. Propertius,

Et longa cyclade verrit humum.

Virgilius tamen AEneid.ij. cycladem videtur ꝑ velamine aſſumere (ita enim interpretatur Seruius)quod Argiuę mulieres deferre ſolebant. Vnde ait:

Et circuntextum croceo velamen Acantho

Ornatus Argiuę Helenę.

Circūtextum autē,quod ī eo arte textoria picta & circūducta apparerēt acanthi:hoc eſt,ſpinę albę folia,cum ipſis floribus croceis & purpureis.

Cęſitium Plautus in Epidico appellare videtur linteolum candidum,in multas partes cęſum ac deinde ſubligaculis reuinctū: vt veluti per interualla & lacinias veſtis ſerica tranſpareat:cuiuſmodi illud eſt indumentum quod Venetę mulieres geſtare ſolēt:appellaturque ab illis vulgo trauerſa.fortaſſis illud eſſe poteſt quod in vſum noſtrarum matronarum venit,quod vocāt,garde robe: niſi quod linteum non eſt.

Varia veſte exornatus dicitur,qui veſtem ſępe

mutat & variat ne fortaſſis ſemper idem appare-at. Terentius in Eunucho,

Ita viſus eſt dudũ, quia varia veſte exornatus eſt.

Veſtis expãſa, robe eſtendue. Plin. lib. 2. cap. ciij, In Illyrijs ſupra fontem frigidum expãſæ veſtes accenduntur. Ita quoque dicere poterimus veſtes ſoli expanſas, eſtẽdues au ſoleil, qui mos eſt Italis vt quotãnis ſemel ſuas veſtes ſoli exponãt & ex-pandant, vt mundiores & elegantiores fiant.

Verſicolor veſtis, robe de drap chãgeant, ou de plusieurs couleurs. Dionyſius de Salijs & Liuius lib. ix. ab vrbe condita.

Diſcolor veſtis, quæ varios colores prę ſe fert, vel cuius color veluti per radios quoſdam p̃ to-tam veſtem diffuſus eſt: vulgus diuiſam vocat.

Veſtis decolor, robe deſteinte, quam vulgus de-coloratum vocat: hoc eſt: cuius color effloruit & euanuit, propter imbrem, aut cõtinuum attritũ.

Mutare autẽ veſtem, changer de robe, q̃d & cõ-mutare dixit Plautus proprie in Capt. Itaq; in-quit, inter ſe cõmutãt veſtẽ & nomina, Ilz chan-gent de robe & de nom. Mutare aũt veſtẽ, Cice ro ſumit, quando pro alba, vel Senatoria, vel alia toga, pulla veſtis ſumebatur & ſquallida: vel in fu-nere, vel in luctu: pro Sextio, Erat igitur in luctu Senatus, ſquallebat ciuitas publico cõſilio, muta-ta veſte. In eadem, Ne ve hunc ſuũ dolorem mu-tata veſte ſignificarẽt, ſiue illa veſtis mutatio ad luctum ipſorum, ſiue ad deprecandum valebat. Qui Romanorũ mos fuit. Mutata enim veſte rei cõſpiciebãtur, & toga depoſita ſordidam veſtem

accipere ſolebant: hoc eſt, vilem & abiectã ad luctum & deprecationem ſignificandam. Vnde eſt illud dictũ Ciceronis in Piſonem, Nec minus lętabor cum te ſemper ſordidum, quã ſi pauliſper ſordidatum viderem. Itaque ſordidatus dicetur, quẽ vulgo vocamus, mal en ordre. Quinetiã Sordidata mancipia Cicero in Antoniana dixit: hoc eſt imputa & ſquallida. Virg. de Charonte, Sordidus ex humeris nodo pendebat amictus.

Colligere aũt veſtẽ, trouſſer ſa robe, dici poteſt quemadmodũ Mart. colligere togã dixit lib. vij. Collige Cinna togam, calceus ecce perit. Itẽ & colligere pallium. Plaut in Capt. Collecto quidẽ eſt pallio, quidnam acturus eſt?

Elegãs veſtis, robe mignõne & biẽ faicte: ſquallidę & ſordidę contrarium. Gellius probro fuiſſe M. Catoni ſcribit, quod eleganti veſte, mollibuſque tuniculis vteretur.

Linea veſtis, vng roquet, qualem ſolẽt Cardinales & epiſcopi ſuper purpurea toga geſtare: item etiam noſtrę mulieres ruſticanę profeſtis diebus Plin. li. xij. Vnde veſtes lineas faciũt. Linteã veſtẽ Cicero vocauit actione. vij. Alij, inquit, purpurã tyriã: thus alij atque odores, veſtemque linteam.

Laciniosa veſtis, robe pliſſee, ãpla & multis laciniis: hoc eſt ſinubus fluẽs, qualẽ fuiſſe chlamydem illã laciniosam orbe girato deſcribit Plini⁹ lib. v. cap. x. quam metatus eſt Dinocrates architectus, AEgyptũ in chlamydis effigiẽ reducens.

Veſtem phrygianã dixit Feneſtella, quã nos vocamus, brodee: Itali laboratam vocant. Virgilius

quoque,Arte laboratas veſtes dixit. Plinius enim lib.viij.refert phryges Idęos prios veſtes acu facere ïueniſſe:vñ Phrygiones appellati,brodeurs.

Veſtẽ autem conchyliatã vocare videtur Plin. Cõchiliorũ ſucco infectã,& veluti murice tinctã. lib.ix.cap.xxxix.In conchyliata veſte cętera eadem ſine buccino,pręterque ius temperaturę.

Theriſtrum,robe deſte,veſtimentum ęſtiuũ appellare poſſumus,ἀπὸ τοῦ θερίζειν.quod ęſtiuare ſignificat.

Chymaſtrũ,robe diuer, veſtimentum hybernũ ἀπὸ τοῦ χειμάζειν hoc eſt,hyemare.

Syntheſis accipi videtur interdum pro tota veſte in veſtiario cõpoſita,vulgus vocat, vne garde robe.Iurecõſ.in lege Titia ✠ Sempronię.Quęro an ex vniuerſa veſte,id eſt ex ſyntheſi,tunicas ſingulas,& palliola.Sempronia eligere poſſit.

Eſt & ſyntheſis totum illud indumentũ quod quis honoris interdum gratia,interdũ etiã oſtentationis alternis diebus,vel etiam bis eodem die mutare ſolet:quemadmodum facere videntur ex noſtris aulicis nõnulli,quos hodie holoſericatos, cras purpuratos,mane pullatos, veſpere albicantes videbis. Mart.ij.in Nęuolum:
Sic micat innumeris arcula ſyntheſibus.

Scutulatum pręterea textum arte fieri deprehendi poteſt:cuiuſmodi fere eſt qualis cernitur in aranearum telis.Eſt autẽ ſcutula a ſcuti forma dicta.Vide Plinium libro.xj.cap.xxiij.Nobis autẽ ſi diuinare liceat,quam emplaſtrationem Plinius lib.xvij.ſcribit:fieri adempta ſcutula, eã dicemus

quę vulgo dicitur,enter en eſcuſſon.
Item etiam veſtē ſcutulatam ſi ad vulgus noſtrū referamus,appellabimus,vne robe contrepointee, en eſcuſſon.Sed huic interpretationi neminē voluerim inhęrere tanquam vera eſſet.)

Quod vero in veſtium appellatione ſupereſt,id poſtea dicemus inter explicandū colores,Nunc autē ęquū eſt,vt,quemadmodum polliciti ſumus, & ordo noſter expoſtulare videtur,pauca quędā de ornamentis diſſeramus.

De ornamentis Cap.VIII.

Varia fuit apud veteres ornādi corporis ratio,quemadmodum noſtra quoque tēpeſtate videmus. Alijs enim ornamentis vtūtur Reges,alijs vulgus ipſū,alijs item matronę,alijs qui ſacris operam nauant.Itaque partem eorum ſuo ordine recenſere optimum videtur.

Atque vt a capite incipiamus, Corona, inſigne regum fuit ornamentum. Virgilius,

Et duplicem gemmis auroque coronam.

Hoc eſt,quę duplex erat, vel duplicata gemmis & auro:nempe quę tantum haberet auri & gemmarum,quantum in duabus coronis fuiſſet ſatis. Quod autē regum fuerit,id oſtēdere videtur viij. AEneïd. Ipſe oratores ad me. regnique coronā
Cum ſceptro mittit.vide MITRA.

Coronam quoque pro galea, quemadmodum στέφανον Homerus, ſumpſit idem author in v:

Omnibus in morem tonſa coma,preſſa corona.

Niſi galeas coronatas habuerint antiqui, vt in

terpretatur Seruius.

Corona etiam frondium & florum dabatur iĳs qui vicerant in bello aut palęſtra, aliĳs quidem quercea: aliis viminea, aliĳs hederacea: eas Gręci, ςεφανους appellant, & victores ſtephanitas: quorum vt inquit Pollux in.iiĳ. pręmia in corona & frondibus erant. Cice.vj.Verr. Vnxiſſe vnguentis compleſſe coronis & floribus. dicebatur etiam ab antiquis Gręcis ςρόφιον ἀπὸ τοῦ ςρόφειν, hoc eſt cōuoluere & vertere quod capiti circūponeretur. Corona florea, vng chappeau de fleurs. Plau. Au. Nunc tuſculum emi, & haſce coronas floreas.
Corolla, vng chappelet de fleurs, pro eodem. Propert. Me iuuat extremis poſitū languere corollis.

Sceptrum, vng ſceptre, a Gręco τὸ σκῆπτρον, quo aureo reges vtebantur, ac manu geſtabant. Homer⁹ χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Fuit autem primum Iouis inſigne: deinde vero aliorum regum. Eo enim pacem & fœdus ſignificare dicuntur: vt aperte docet Virgilius AEneidos duodecimo.

Lituus, baculus incuruus, quo ſedentes augures auibus templa deſignabant. Cic.j.de diuinat. Quid Lituus iſte veſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus.
Pedum, vne houlette, baculus incuruus paſtorū. Virg. At tu ſume pedum. Per tranſlationem autē accipimus pro eo ornamento quod noſtri epiſcopi geſtare ſolent: quando etiam ſe paſtores appellari volunt, vt ſunt re vera. vulgus croſſam vocat.

Apex laniger, ornamentum pileorum quos flamines inter ſacrificandum in lucis ac ſyluis geſta

te ſolebant:ſuper quibus erat breuis virga, deſuper habens lanę aliquid ad deterrendas aues à ſacrificio. Virg. nudoſque Lupercos.
Lanigeroſque apices.
Eum autem pileum cum per ęſtus ferre non poſſent, filo tantum capita religare cœperunt, vnde flamines dicti: quaſi filamines.

Monile, vng carcang ou vng collier, ornamentũ gutturis vel colli: quale geſtare ſolẽt nobiles matronę, & equites quos vocamus ordinis: quod quia gemmis & margaritis ornati & inſigniri ſolebat. ideo baccatum a Virgilio dictum eſt, Colloque monile Baccatum. Iuuenalis Segmentum appellare videtur, Segmenta & longos habitus:
Inaures, des templettes, iis vti etiam nunc matronę Italę & Hiſpanę ſolent ad aurium ornatũ. Plautus in Epidico,
Non meminiſti me inanẽ ad te afferre natali die?
Bulla, vne bague, Inſigne prętextatorum puerorum, pręſertim ſi aurea erat, libertinus enim ſcortea bulla de collo dependebat, quaſi communiẽs pectus puerile. Cic. in Verrem. Neq; te tam commouebat quod ille cum toga prętexta, quod ſine bulla venerat. Huiuſmodi fere ornamenta pueri vulgo nunc deferre ſolent. Dicta autem bulla a ſimilitudine bullę quę in aqua fieri ſolet, ad fragilitatem vitę deſignandam. Quod autem nonnulli putant ἀπὸ τῆς βουλῆς deduci, ineptum eſt plane: nam neque conſilium in pectore eſt, ſed in cerebro: vbi & ratiocinatio. prętererea vnico. l ſcribitur. Inde heredem bullatum dixit Iuuena-

lis,quem vulgo vocamus,Ioly,bragart.Quaſi vero dicamus,bellulum & ornatulum.

Supparus ſiue ſupparū,inquit Feſtus,veſtimentū lineum quo puellę pręcingebātur,Lucanus, Suppara nudatos cingūt anguſta lacertos.Plautus,Si tu illarum cœnaturis ſupparis.

Caſtula aliud palliolū quo puellę pudoris gratia pręcingebātur. Varro,Caſtulam mulier ſumſperat pro ſocculo. Hęc & perizoniū & pręcinctorium dicitur.

Inſtita ſiue limbus,vng geſt:faſciola quę ambibat ſtolam muliebrem.Ouidius,
Quęque tegit medios inſtita longa pedes.

Fimbria,vne frange.Fimbrijs vtebātur in veſtiū & tunicarum extremitatibus.Tranquillus in Cęſare Dictat.Vſum enim lato clauo ad manus fimbriato,frange par les manches. Deinde ſubiūgit, Nec vt vnquā aliter ſuper eum cingeretur & fluxiore cinctura.Quo loco animaduertendum fluxiorem cincturam ab eo appellari,quę alioqui laxa diceretur: quemadmodum & fluxam tunicam dixit,laxam,

Cinctura autem a cingendo dicta: vnde & vulgare nomen prodijt,vne ceincture.

Cinctus item virorum fuit.Virg.vij.EAneid.
Ipſe Quirinali trabea,cinctuque Gabino
Inſignis.Quo loco videto Seruiū. Vnde Cincticulus,vne ceinturette.Plaut. in Bachid. Cincticulo pręcinctus in ſella apud magiſtrū inſideres.

Cingulū vero mulierum erat,inquit Varro,vne trouſſoire.Virg.de Pentheſilea,Aurea ſubnectēs

exertę cingula mammę.

Cingulum, vng collier de leurier. Varro de re ruſt.cap.ix.xij, Cingulum circa collum ex corio firmo cum clauiculis capitatis.

Baltheus, ſiue baltheũ, vne ceincture a eſpee: Varro baltheũ inter arma adſcripſit. dictũ quaſi bullatũ cingulum.Gręci ζωςῆρα appellant.

Zona, cingulum in quo argentum & nummos recondebãt. Hinc prouerbium,zonam amiſit de paupere & inope dicimus. Porro autem latis zonis vtuntur mulieres apud Illyrios, quibus pręcingunt ventrem dum bibũt: & primum quidem mediocriter pręſtringũt: cum vero acrius bibũt, magis ſemper cogunt,cõprimuntq;.Vnde Mart.
Longa ſatis nunc ſum: dulci ſed pondere venter
Si tumeat,fiam tunc tibi zona breuis.

Fibula,vne bloucque,ornamẽtum ad veſtẽ ſubleuandam. Virg. Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem. Et cõſertam fibula tunicam dixit Plinius ſatis proprio. Itali, vocabuli vim adhuc retinentes vocant vna fibbia.

Armillę armillarum,braſſeletz,mulierum ornamenta quę brachijs circũligabant. Vtebantur & Perſę quoque & Sabini armillis.hinc Tarpeiam aiunt armillarum deſyderio quas Sabini geſtabant,Capitolium illis prodidiſſe:hinc armillatus. Bud.Noſtrates.inquit,caduceatores ſpintere hodie vtuntur,quę armilla etiam dici poteſt,blaſonum linga vernacula vocant.

Brachialia,des mancherons, ornamẽta brachiorũ qb⁹ mulieres vti ſolẽt. Plin.lib.xxviij,cap.vij.

Ceſtus,vng tiſſu,Veneris cingulum efficax ad il lectamenta gratiarum & amorum.Martialis,
Collo necte puer meros amores,
Ceſtum de Veneris ſinu calentem.

Ventrale,vng tablier.Vnde villoſa ventralia dixit Plinius lib.viij.

Strophiū,vng gorgias,faſcia pectoralis,q̃ virginalē papillarū tumorem operit:ex Turpilio.hinc Strophiarius apud Plautū & ſtrophiolum,quod Italicę mulieres vocant faſcioletum

Faſciam autem vulgus vocat vne bande,latum aliquod vinculum ſeu laneum ſeu lineum fuerit, quo partes aliquę corporis reuinciebantur, vnde cretatas faſcias Epicratis vocat Cicer.ad Atticū, hoc eſt,picta quędam velamina, quibus caligarū vice vtebatur Epicrates.Quinetiā faſcijs inunctis partem aliquam corporis male affectā obuinciebāt antiqui.Cic.de claris orat.Qui deuinctus erat faſcijs,& multis medicamentis propter dolorem artuum delibutusFaſciā preterea lecti cubicularis idē Cicero poſuiſſe videtur,pro eo quod vulgus vocat des courtines.Deferunt inquit,ad cōiectorem quidam, ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti cubicularis.

Epomis epomidis,chaperon de regēt,ou daduocat,operimentum humerorū,nulli vſui futurū, pręterquam vt dignitatem quandam & magiſtratum exprimat.Tale quiddam doctores Theologi, & qui in ſenatu magiſtratum gerūt hodie deferre ſolent. Quod autem ſuper humerale vertit Hieronymus:id quidē de ornamento ſacerdotali

intelligēdū eſt,quod ſtolā appellamus,vne eſtole.

Sudariū poſuiſſe videtur Liui⁹ pro eo linteolo quo ſudorē abſtergimus a frōte, quo eodē etiam ad expurgandas nares vtimur,vng mouchoir. Ait autem lib.ix.de M.Catonis morte: Qui audiens C.Licinij dictum,ſe non damnatum,ſed reū periiſſe, protinus, inquit, ſudario quod forte manu tenebat,ore & faucib⁹ ſuis coarctatis,incluſo ſpiritu,morte pœnam prçcurrit.)

De lanarū & veſtiū Coloribus. Cap.ix.

QVando noſter ordo expoſtulare videtur,vt poſt explicatas veſtes,lanarū etiā ac colorū genera explicemus: danda eſt opera vt puerorum ſtudijs hac in re ſatiſfaciamus. Tantum enim de hiſce rebus ea a nobis dicentur,quç ad inſtitutum noſtrum,hoc eſt ad veſtium & lanarum colores ſpectare videbimus. Cçtera diligens lector ab Antonio Thileſio,viro doctiſſ. requiret,in eo libello quem de coloribus conſcripſit.

Quod autem ad lanarum differentias attinet: ne quid obſcuritatis ex huiuſcemodi cōtrouerſia lectoribus oriatur,prçſtantior ne ſit Mutinenſis, Mediolanenſis,an Liguſtica: eos remittemus ad ſecundum caput Bayfij. Tantum hoc addemus, apud omnes fere nationes Gallicam lanam maximo eſſe in pretio: vt prçſtantior & delicatior ab omnibus iudicetur.

Lanarū igitur colores natiui memorantur quatuor prçcipui, etiam ſi Plinius dicat vel natiuis

nomina deeſſe aliquot modis. Cap.ij.

(Albus, blanc, qui color viſum diſgregat. hinc alba veſtis, quę vulgo nomē ſuū retinet, vne aulbe. Alba etiam veſte ornari ſolebant, qui candorem animi & hilaritatem prę ſe ferēbant, vt in conuiuijs. Cic. in Vatiniū, Cum ipſe Qu. Arrhius epuli dominus albatus eſſet. Hodie quoque apud Italos virgines deſponſatę, quas vulgus vocat fiancees, albis tunicis vti ſolent ad puritatem quandā & integrum pudorem oſtentandum,

Niger, noir: qui color viſum congregat. A quo nigra veſtis dici non conſueuit, ſed atra & pulla potius. inde atrati & pullati Ciceroni, qui luctum & dolorem ex veſtitu ſignificabant. Camelius quoque color a Sipontino pro pullo vſurpatur, qualis ſolet eſſe camelorum.

Coracinus color, hoc eſt niger qualis ſolet eſſe coruorum quos κόρακας Gręci vocant. Hunc autem colorem diſtinxiſſe videtur Vitruuius a pullo lib. viij. cap. iij, Per id tempus, inquit, adigantur eo quotidie potum, ex eoque quanuis ſint alba, procreant alijs locis leucophea, alijs locis pulla, alijs coracino colore.)

Rutilus, a Gręcis ἐρυθρὸς dici poteſt. Martialis vero rufum appellat, roux. Quanquam rufum a rubore dici putat Gellius. hinc rufū puerū vel hominē dicimus, qui colorē habet rubore quodāmodo tinctū. Terentius, Siquis me quęret rufus.

Fuluus autem, videtur de rufo atque viridi mixtus, hinc poetę Fuluum aurum & arenā & leonem dicunt.

Flauus contra,fauue, videtur ex viridi, rufo, & albo concretus. vnde flauentes comę a Virgilio dictę,& flauentes frondęs oliuarum.& Pacuuius flauam aquam & flauum puluerem dixit.Flauentes autem comę dicuntur quę ſunt punicei coloris,blōdos vulgus vocat.Quod ex Ouidianoverſu probari poteſt,ſecundo de Amoribus:
Seu flauēt,placuit croceis Aurora capillis.Cap.ij.

Ruffi prętere a coloris multę alię ſpecies ſunt: quas ſubinde explicabimus. nam pręter fuluum & flauum,vt inquit Gellius, rubidus, phœniceus, & rutilus,& ſpadix appellationes ſunt rufi coloris.de quibus poſtea dicemus,

Rubidus & ruffus colores , atrore multo permixti ſunt.

Phœniceus,rutil⁹,& ſpadix,ſynonyma ex Gellio, ſignificantque exuberantiā ſplēdoremque ruberis, quales ſunt fructus palmę arboris non admodum ſole incocti: vnde ſpadicis & phœnicei nomen.Ibidem.

(Phœniceus autem a Phœnicia dictus: vnde & puniceus dicitur,vt punicea roſa apud Horatium & Plautū in Rudente, Fac tibi puniceū corium, poſtea atrū denuo,cuyr violet. Hinc etiam mala punica quę & granata dicuntur a Plinio,pommes de grenade,quę in punicis arboribus nouem generū dicta ſunt.fortaſſis a colore interno acinorū & liquore ipſo vineo nomenſortita, aut quod ex Phœnicia primum allata ſint.

Spadix color,equorū proprius:quo infecti equi a Virgilio Spadices honeſti appellātur,Georg.iij.

punica

Vulgus appellat, bayartz, Grecę linguę veſtigia retinens. βάλιον enim apud illos ſpadicem ſignificat, quem baliū vel badium Varro appellat. Equi inquit, colore diſpares item nati, hic balius, ille giluus. Quo loco vtrum legendum ſit, badius an balius incertum eſt. Sed balias veſtes pro ſubruſis a Vapiſco in Aureliani Cęſaris vita dictas inuenio: etiam ſi ſcripum ſit blateas. Subrufus autem color dicitur qualis eſt eius violæ quam nos Calendulam vulgo vocamus, du ſoulſiz, quaſi florem omnium menſium vt vocant Itali, vel vt nos ſoliſequium, dicere vellemus. heliotropion Diſcorides vocat, ſubrufiq; coloris eum eſſe contendit. Cęterum, Balius color ſpadix dicitur & puniceus: fortaſſis is eſt quem vulgus vocat, baillet.

Giluus autem color & melinus idem ſunt, mediuſque eſt inter album & fuſcum, qualis eſt mellis color: vnde melinam veſtem dixit Plautus in Epidico.

Vbi ergo eſt, niſi ſi in vidulo aut melina attuliſti?

Fortaſſis is eſt color quem vulgus vocat, tanneguarence.

Quod autem giluus, albus non ſit, vt quidam putant, ſed quiddam mixtum inter album & fuſcum, id oſtendere videtur locus Virgilij:

color eſt deterrimus albis. Et giluo.)

Luteus quoque, rufus eſt color, ſed dilucidior, du iaulne: Quem Nonius ait proprie croceum dici. Virg. in Bucolicis,

Iam croceo mutauit vellera luto.

Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

Item & oui vitellum, luteum dicimus. (Luteam quoq; violam vocam⁹, des giroffleez iaulnes, quã deſcribit Dioſcorides in capite leucoij: ait enim eius ſpeciei violarũ quas vulgus vocat, giroffleez, alias eſſe rubras, alias albas, alias luteas, quę pręcipui ſunt in medicina vſus. Quamobrem corrupte vocatur hęc poſtrema viola a pharmacopolis leucoion luteũ. Sũt pręterea permultę herbę quę luteum florem gerũt, qualis eſt Iſatis, quam vulgus vocat, de la gaulde, & phlomos, des flambeaux, & geniſta, des genetz. Sed Iſatis quę & glaſton dicitur, fullonibus vtilis eſt ad pannũ luteum inficiendum, qui & croceus vocatur.) vnde crocota veſtis dicta Nonio, a croco vt opinor, q̃ eadem a Gręcis κροκωτὸς καὶ κροκώτιον dicitur: hoc eſt, crocota & crocotula, quę inter muliebria annumerãtur. Item infectores a Plauto dicti crocotarij. Ibidem. (Quod autem Ouidius crocum rubrum appellat.

Nec fuerant rubri cognita ſigna croci:

id ſane intelligi poteſt, propter croci ſuperficiẽ & colorem externum qui oculis quidem ruber, ſed dum aqua delibutus eſt, & madefactus, lute⁹ apparet.

Oſtrinus color, fleur de peſcher, qui & muricinus, a ſanguinis vel ſucci oſtreorum quorundam ſimilitudine. hinc oſtrinę veſtes Nonio dicuntur ſubrubrę, quas tinctas murice dixit Virgilius: quemadmodum & alio loco purpureum oſtrum vocauit: parum enim differũt inter ſe purpura &

oſtrum.Oſtrinum colorem videtur ſubminiũ appellare Plautus in Epidico: Aut crocotulam, ſupparum, & ſubminiam ricam.) Quam riculam oſtrinam appellat Terentius: Interea aſpexit virginem vectari, in capite riculam indutam oſtrinam

Purpureus color in veſtimentis laudatiſſimus antiquis fuit,cuius authorem fuiſſe ferũt Herculem:a purpurę piſcis ſucco, quo lanę infici ſolẽt. Purpurę autẽ vſus nobis eſt ignotus,quod & affirmat Budęus in libro de Aſſe. Romę vero purpuræ vſum ſemper fuiſſe teſtatur Plinius. Purpurę autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto. Itaque vel ex Plinio conſtat buccinum, & conchylium, & muricem inter purpurę genera annumerari. Quinetiã fuit Romę purpura violacea, cuius libram denarijs centum vęniſſe Cornelius Nepos affirmat. Fuit & alia inſignis purpura,quę a Tyro inſula Tyrium appellata eſt:& eſt omnium longe pręſtantiſſima.vnde Tyrię veſtes ab Ouidio dictę,quę eędem a Iuuenale Sarranę appellatę ſunt. Tyrus enim etiam Sarra appellabatur. Tyriam autem veſtem vel purpuream, vel etiam Megalenſem purpurã, intelligo trabeam fuiſſe vel togam pictam.Vide diligenter cap.ij. (Et quia antiquę mulierculę decoris gratia, purpura genas oblinire ſolebant, quemadmodum paſſim nunc ſolẽt in Italia: ideo purpuriſſatas buccas vocat Plautus, fardees, in Truculẽto:Quę iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes.)

Amethyſtinus color, amethyſtum lapillum pre-tioſum referēs, quem purpureum vocat Ouidius: & Plinius Indicos Amethyſtos purpurę colorē referre ait. Itaque veſtimenta purpura infecta, eo temperamento, vt eius lapilli colorem reddant, amethyſtina dicentur. & Amethyſtinatum vocat Martialis, huiuſcemodi purpura indutum. Quod ſi colori amethyſtino Tyrium quoque ſuperaddatur, fiet color mixtus, qui Tyriamethyſtus a Plinio dicitur.

Succedit Dibapha Tyria, hoc eſt lana vel purpura Tyria bis tincta, ex ethymo. Ibidem.

(Coccineus color idem fere cum purpureo. tingebantur enim veſtes grano quodam purpureo, quod a Dioſcoride κόκκος βαφική, hoc eſt granum tinctoriū dicitur. Hinc coccina veſtis, Martialis,

Coccina famoſę donas & ianthina mœchę.

Ianthinus autem color, vt obiter etiam illud dicam, dicitur violaceus, cuiuſmodi eſt color illius violę quę primo & nouo vere vbique oritur, quam nos violam Martiam, Dioſcorides Ion appellat. vnde Ianthina veſtis dicta, quam violaceam vulgus vocat.)

Molochinus color, gris violant, in veſte ſimilis flori maluę, cuius infectores dicuntur Molochinarij a Plauto in Aulul.

Ferrugineus color, ferro ardenti haud abſimilis, vt quidam putauere, qui & hyacinthinus Virgilio: ait enim Ferrugineos hyacinthos. Ex Nonio.

Caſtaneus,tanne,ſublata enim tantum prima ſyllaba nomen accepimus. (Eſt autem hic color corticis exertę caſtaneę, & paululum aſſeruatę ſimilis. Quem quia ſępe induerat Galliarum rex: ideo a Gallis regius dictus eſt.)Cap.ij.

Color viridis, vert,cuiuſmodi ſunt herbarum atque arborum folia. Hic & a Gręcis glaucas dicitur, vnde Pallas ab Homero γλαυκῶπις dicta: hoc eſt,glaucos & ſubuirides oculos habens. qui color in oculis, antiquis Gręcis pro pulcherrimo habebatur: quemadmodum nos quoque cęſios & cęruleos oculos laudamus, cum Romani nigros magis probent.

Cęſius color, cęleſtis,quem indum quidam vocant & clarum. Hinc Pallas a Latinis cęſia dicta a calore cęli: quaſi cęlia,vt inquit P.Nigidus. vnde cęſatem dictum quidam putant.

Cęruleus color quaſi cęluleus, couleur dazur. Itali turquinum vocant,cerenum enim cum eſt cęlum, hunc colorem referre videtur.

Corneus color, qui cornu ſimilitudinem refert. Pli. lib.xxxvj.cap.viij. Vitia vero in ijs corneus color,aut candidus, & quicquid ſimile vitro eſt.

Cymatilis color,qualis vndę marinę eſſe ſolet κῦμα enim Gręcis fluctus eſt. Ouidius. Hic vndas imitatur: habet quoque nomen ab vndis. Cap.j.

(Idem & color Venetus & blauus color,& cęruleus quoque dicitur, cęruleum enim mare & vndas cęruleas dicit Virgilius multis in locis.

Leucopheus color,gris,quē nonnulli apud Italos religionis ergo ſibi perpetuo gerendum ppo-

nunt, quos illi beretinos vocat. Græci leucophe=atos dicunt. Martialis libro primo ad Scazontem

Amator ille triſtium lacernarum,
Et beticatus, atque leucopheatus.

Quinetiam leucopheum pannum dicit Plinius lib. xxxij. cap. x. de rubeta ad quartanas vtili, Ie=cur, inquit, eius vel cor adalligatur in panno leu=copheo.

Cineritius color: ſandre, quem cineraceum dice=re videtur Plin. lib. xxxiij. Terra eſt alia rufa, alia cineracea. Idem & cireneus dicitur. Colum. lib. ij. cap. ij. Nullum enim temere videmus locum, qui modo pigrum contineat humorem, non eundem vel nigri vel cinerei coloris.

Spumeus & maculoſus a ſpumis & maculis qui=bus tinctus & aſperſus videtur, qui animalium quorundam colores eſſe ſolent, vt equorum quo=rũdam & lyncum apud Virgiliũ: quemadmodum pomulatos equos à pomorum ſimilitudine qui=dam appellant.

Ruber color, rouge. Plato in Timęo refert ru=brum colorem, ex ipſa ignei radii ad humorem mixtione ſanguineum creante nominari. Quę ſu=perſunt de coloribus lector, vt prius dixi; ex Thy=leſio videto.

De operimentis & inſtratis. Cap. x.

NE quidquam amplius ab adoleſcentibus bo=narum literarum ſtudioſis deſyderari poſ=ſit, earum pręſertim rerum quę ad veſtium

cognitionem pertinēt: ſupereſt vt quambreuiſſime a nobis fieri poterit, eorum veſtimentorū, vel potius operimētorum rationem explicemus quibus paſſim vtimur pręter ea quę corpus tegunt. Quanquam tamen veſtimenta dici quis negauerit, ſi quidem vocabuli vim conſyderet: non enim ſtragulis, tapetis, & huiuſcemodi rebus veſtimentorū loco vtimur: ſed quando nobis hac in re vocabulū magis propriū deeſt, vtimur eo quod minus propriū eſt. Itaq; primū de inſtratis dicem⁹.

Amphitapę dicuntur veſtes vtrinque villoſę: quę quia villis ingētibus, vt inquit Lucilius, molles erant, ideo lectis inſternebantur, ſuper quib⁹ dormire delicioſum antiquis fuit. Varro Manio, Alterum bene acceptum, dormire ſuper amphitapa bene molli. Athenęus ἀμφίταπον dixit. Hiſce inquit amphitapi ſubſternebantur e molli lana. (Fortaſſis id opertorium eſſe nō ineptum fuerit dicere quod ex Hiſpania ad nos adfertur, vulgus vocat, vng catalogne.) Cap. xiiij.

Amphimalla quoq; vtrinque villoſa erāt, quēadmodum amphitapa. id enim nomen ipſum ſignificare videtur. vtebāturque iis tum ad ſtragula, tum etiam ad operimenta & veſtimenta. Vnde Strabo in quinto, Mediocrem vero lanam ager Patauinus, ex qua tapeta fiūt laudatiſſima, & gauſapinę, cęteraque eiuſdem generis amphimalla & heteromalla.

Heteromalla autem, ſunt altera parte tantum villoſa, ex ethymo: cuiuſmodi fere ſunt mātę vulgo dictę, quas Maſſilię fieri videmus, quę & a-

mictus, & ſtragulę veſtis vſum nauigātibus prę-ſtānt,mantes de matelotz. Ibidem.

(Gauſape vero ſiue gauſapinę,tria hęc ſupradi-cta comprehendit; eſtque genus ad omnia craſ-ſiora ſtragula.

Stragula item a ſternēdo,vne couuerture,dici-tur quicquid inſternitur alicui rei.)Vnde ſtragu-la Babylonicę, quę equis inſterni ſolent. Marcus Cato,vt refert Plutarchus,cum ex hęreditate Ba bylonicum ſtragulum accepiſſet,ſtatim vendidit. Fiebant autem huiuſcemodi ſtragula aliquando ex bubalorū pellibus,quos vulgus vocat,buffles. Atqui Babylonica ſtragula picta coloribus diuer ſis erant.

Prętereatoris ſtragula ſuperimponebantur, cou-uertures de lictz,quę ob id toralia dicta ſunt. Ex libello de vaſculis. Horatius in Seruium,

Et Tyrias dare circum illota toralia veſtes. To-ralia enim omnia lecti ſtragula comprehendunt. vnde Tranquillus refert Claudium Cęſarem ne-minem viſitaſſe ęgrum,niſi prius explorato cubi-culo,culcitriſque & ſtragulis prętētatis & excuſ-ſis Culcitrę autē adhuc apud Italos & nos quo-que nomen retinent: appellant enim illi, coltre, nos, coultilz. ſuntque ij veluti ſacculi in quibus pēnas auium, vel lanam, aut quiduis aliud inclu-dimus,vt lecti ſint molliores.

Stragula villoſa,couuerture de catalogne.Mart. Stragula purpureis lucent viloſa tapetis.

Plagę (inquit Nonius) grande lineum tegmen quod nunc torale, vel lecticariam ſindonem dici-

mus. Fortaſſis eſt illa veſtis linea vel inſtratum lineum potius, quod apud nos puerpere honoris & decoris gratia lecto, in quo decumbunt: ſuperponere ſolent ad candorem & cultum delicatiorem oſtendendum, vne bauette.

Pallia lecti dicebantur, les draps du lict. Ouid. in Amoribus,

Nec in lecto pallia noſtra ſedent. Iuuenalis.vj.

Aduocat Archigenem, oneroſaque pallia iactat.

Horatius veſtem nocturnam appellare videtur,

Veſtem nocturnam maculant, ventremq; ſupinũ.

Lodix, vng loudier. Martialis,

Lodices mittet docti tibi terra Catulli.

Sub ſtragulis quoque iureconſ. aulęa & tapetes comprehendit. Itaque aulęa: ſtragula ſunt verſicoloria, vt ait Seruius. dicta quod primum in aula. Attali regis Pergamenorum inuenta ſint. Propertius. Porticus auleis nobilis Attalicis.

Tapetes item ſiue tapetia, tegmina ſunt varijs picta coloribus, des tapitz. Virgilius,

Inſtratos oſtro alipedes, pictoſque tapetas.

Vnde belluata tapetia, tapitz figurez. Plautus,

Neque Alexandrina, belluata, conſutaque tapetia.

Centones, pręterea genus tapetiorum ex varijs conſutorum, quod intelligere videtur Plautus verſu ſuperiore per conſuta tapetia: ſolebantque huiuſcemodi tapetes capſulis & tabulis inſterni: quemadmodum nunc quoque quos vocamus, tapitz de turquie.

Sũt etiam alia tapetia picta & verſicoloria: quę a Gręcis πέριςροματα vocantur. Cicero Philip. ij.

Conchiliata a Cn. Pompeij periſtromata dicit. vide Plutarchũ i Themiſtocle, a verbo περιστέλλω quod coopeno & communio atque exorno ſignificat. Itaque periſtroma generale quiddam erit, quemadmodum & tapetes & ſtragula. Conchiliata autem periſtromata dicuntur quę infeſta ſunt conchiliorum ſucco vel murice.

Sunt & peripetaſmata aulęa, quę ad ornandum locum ſuſpenſa extenduntur, Itali vocant, di razi, de quibus intellexiſſe videtur Horatius cũ inquit, Interea ſuſpenſa graues aulęa ruinas.

In patinam fecere. Cicero vj. in Verrem, Quid illa Attalica tota Sicilia nominata, ab eodẽ Heio peripetaſmata emere oblitus eſt? a verbo περιπετάω quod decidere ſignificat.

Aulęum autem, eſt id tapetis genus: quod aulę circumponitur ornatus causa Cic. pro Cęlio, Deinde: inquit, ſcabella concrepant, aulęum tollitur.

Mantilia, des torchemains, ou ſeruiettes, Gręci χειρομακτρα vocant: quibus vtebantur ad manus abſtergendas poſt lotionem. Martialis.

Attulerat mappam nemo: dum furta timentur,
Mantile e menſa ſuſtulit Hermogenes.

Mappas autem ſecum omnes adferebant dũ vna cœnarent. Dicerem hoc loco & de culcitris, puluinis: ceruicalibus, & aliis huiuſcemodi: niſi id vnum vererer, ne pręter inſtitutum feciſſe, & longior ac fuſior quam res ipſa requirat, fuiſſe iudicarer. Itaque quod ſupereſt de hiſce rebus ad rem domeſticam ſpectantibus, in alium libellum differemus, ſiquando per otium nobis liceat bonis in-

genijs hac in re conſulere. Prius quam tamen ſuperſedeo, tantum hoc addã(vt totus de veſtibus ſermo clauſus ac finitus videatᷓ) quod noſter Bayſius etiã in calce libelli ſui poſuit de coactilibus.

Coactilia enim pelles ſunt ſiue lora quibus inuoluũtur alliganturve veſtimenta. quę omnia inſtrumenti viatorij ſunt. Gręci φασκωλον dicunt, Itali valiza: nos vero vne malle. (Vidulum appellare videtur Plautus in Epidico, Recte obſignatum in vidulo eſt marſupium.)

Hęc ſunt fere quę de veſtimentotum vſu ac ratione breui compendio in adoleſcentulorũ gratiam ex Bayſio colligere potuimus. Cuius rei qui vberiorem fructum deſyderabit, hauriat ex ipſo authoris fonte neceſſe eſt. Illi enim hoc acceptũ referre noſtra ętas debet, quod multis vigilijs, infinita prope Gręcorum ac Latinorum authorum lectione, adde etiam acri & expurgato ipſius iudicio, veſtium ac vaſculorum antiqua nomina, in vſum noſtrum conuertere poſſimus, & Latine loqui. Quod beneficium, vt eſt ſane omnium iudicio maximum, ita mea quidem ſententia alienum quiddam a iure & ęquo feciſſe exiſtimari debuit is qui non ſolum tanti viro gratiam non habuit, aut retulit: ſed illius vigilias ſuo nomini adſcribere auſus eſt: & ſe eius rei authorem profiteri, quã ne cogitauit quidem.

INDEX LATINARVM ET Gallicarum dictionum, quę in hoc libello paſſim conſperſę & declaratę inueniuntur.

A

Abolla 26
Albatus 29
albus 56
Amantele 38
amethyſtinatus 61
amethyſtinus 61
amphimalla 64
amphitapæ 64
anſa 18
Apex laniger 50
Armes 42
armillæ 53
Atratus 29
attalica veſtis 44
Aulbe 56
aulæa 67
aumicia 40
aumuſſe 40
Azur 62

B

Babylonica ſtragula 65
bague 51
baillet 58
balius color 58
baltheus ſiue baltheum 53
bardocucullus 38
bas de chauſſes 14
baſilica 42
bauette 66
bayart 58
Blanc 56
blond 57
bloucque 53
Bombyces 43
bombycina veſtis 42.43
bonnet 5
bonnet a fers ou a boutons dor 5
bonnet rond 6
bottes, ou hourdes 20
vne boucle 53
Brachæ 14
brachati Galli 13
brachalia 53
bragart 52
braſſeletz 53
brayer 14
brodeurs 48
broudes 39
Bulla 51
bullatus hæres 52
Byſſina veſtis 43

C

Cæruleus 62
cæſtium 45
cæſius 62
calantica 11
calcei lintei 20
calcei phecaſei 20

calceolarius 16
calceolus 16
calcei Sicyonij 20
calcei cornuti 20
calceus 16
calceus feneſtratus 19
calceoli repandi 17
calceus fibuba cõſertus 19
calceus lunatus 19
calciamentum 16
caliga ſpipiculatoria 15
caligulares claui vnde dicti 15
caligę.arum 15
caligatus 15
καλοπόδιον 20
camelinus 56
camelot 43
camiſia 11
camail 25
canavs 21
candidatus 28
capere diadema 7
capital 10
capitium 10
cappe a femme 10
cappe a leſpaignolle 38
cappe de camelot 10
carbaſus 11
carcant ou collier 51
caſtaneus 62
caſtula 52
catalogne 64
cauſia 8
Ceincture a eſpee 53
centones 66
ceſtus 54
Changer de robe 46
chappeau 8
chappeau dalbanoix 7
chappeau de fleurs 8.50
chapperon 54
chauſſes 15
chauſſons 20
chemiſe de drap 12
chemiſe de nuict 11
chlamys 35
chymaſtrum 48
Cidaris,aut citaris 7
cinctura 53
cinctus 53
cingulum 53
cineritius color 63
Claui aurei 6
claulati 22
clorre 33
Coactilia 68
coccina 61
coccineus 61
cœnatoria 36
coeffe 9
colet de cuir de buffle 13
colligere veſtem 47
cordonnerie 20
cordonnier 16.19
coracinus color 56
corolla 50
corona 49.50
corona florea 50
corneus color 62
corrigia calciamenti 19.15

cothurnatus ſtylus 18
cothurnus 17
cotte,ou corcet 23
cotte darmes 35
couleur dazur 60
coultilz 64
courroves 18
couuerture de liƈtz 65
Crepida 18
crepidatus 18
crepidulæ 18
crocotarij 59
Cucula 26
cuculio 7
cueuurechef 11
culcitre 63
cuvr violet 57
Cyclas 45
cymatilis 62
cyna 7
cyrbaſia 7

D

Decolor veſtis 45
deſchauſſer les piedz 16
delimanum 44
detrahere ſocculum 16
Diadema 7
diadematus 7
dibapha tyria 61
diplois 13
diſcolor veſtis 46
Draps de liƈt 65.37

E

Elegans veſtis 47
εμβας calceus 20
Encotemaille 35
endromis 40
enter en eſcuſſon 49
Epomis 54
Eſcarpin 16
eſcreuiſſe 12
eſtole 55
Excalciare pedes 16

F

Faire la court 29
faſciola 15
faſcia cretata 15
fauue 57
fave 45
Feminalia 14
fer de cheual 19
fermer 34
ferrugineus 61
fers dor 6
Fibula 34.53
fibbia 53
fimbria 52
fimbriatus ad manus 53
Flambeaux 59
flameum flameolum 10
flaua aqua 57
flauentes come 57
flauus 57
fleur de peſcher 59
vne Frange 53
frange par les manches. 53
Fuluus 56

G

Galerus 6
gallicæ 20
galli cur brachati 24
galoches 20
garderobe 45.48
gaulde 59
gauſape 65
Genetz 59
geniſta 59
genualia 14
gens de longue robe 27
vng Get 52
Giluus color 58
girofflees iaulnes 59
Gorgias 54
Grvs 62
grvs violant 16
Gueſtres 15

H

Habillement 40
hault de chauſſes 14
Heliotropium 58
heteromalla 64
Holoſerica veſtis 42
hoqueton 21
houlette 50
houſeau 56
Hyacinthinus 61

I

Ianthina veſtis 61
ianthinus 61
iartieres 14
iaulne 58
In aures 51
inſignia gentilitia 42
inſtita 52
interula 11
intima tunica 11
Iolv 52
Ire ad ſaga 25
Iſatis 59

L

Lacern a 39
lacernæ 40
laciniosa veſtis 47
læna, χλαῖνα 26
læna villoſa 26
lænæ pellenicæ 26
lanea heteromalla 43
latus clauus 21
Leucopheati 63
leucopheus color 62
Limborarij 36
limbus 30.36.50
linea veſtis 47
lintea veſtis 47
lituus 50
Lodix 66
loudier 66
Lutea viola 59
luteus 58

M

Mal en ordre 47
malle 68
mancherons 53
manteau 38
manteau royal 42
mantilia 66
mantes de matelotz 65
Melitenſis veſtis 45
μελανειμόνοιον 29
melinus 58
Mitella 9
mitra 8
Molochinarij infectores 61
molochinus 61
monile 51
mouchoir 55
mozeta de cuero 39
Mutare veſtem 46

N

Niger 56

O

Obſtragulum 18
Ocrea 16
ocreatus 16
Oſtrinæ veſtes 59
oſtrinus 59
Othonium veſtimentũ 40

P

Palla 36.38
palla breuis 37
palla Hiſpanica 37
palla longa 37
pallia lecti 65
palliolum 37
pallia cœnatoria 36
pallium 38
paludamentum 35
paludatus 34.35.38
pantouffles 17
parare ſaga 25
Pedum 59
pellicea veſtis 44
penula 38
penula gauſapina 39
penula ſcortea 39
periſtromata 66
peronatus arator 20
perones 20
petaſus 6
petaſatus 6
petite au mince robe 29
Phlomos 59
phœniceus 57
phrygiones 48
phullettes 8
phyliræ 8
Picta veſtis 44
picturata veſtis 44
piece de drap 13
pileati ſerui 5
pileus 5
pileus clauatus 5
Plaga 11
plagæ 65
plagula 11
planulæ 18

Polymita 44
pommes de grenade 57
ponere diadema 7
pourpoint 13
Prætexere 30
prætexta 24.25.30
prætexta magiſtratuum 31
prætexta pulla 31
prætexta toga 31
prætextata amicitia 31
prætextatus 31
Pullatus 29
punica mala 57
puniceum corium 55
purpureus 59.60
purpuriſſatæ buxæ 61

R

Regne 6
reſtis 9
reticulum 9
retiolum 10
Rica 10
Robe a tous les iours 36
robe brochee dor 43
robe contrepointee 49
robe de camelot 43
robe de chambre 44
robe de drap dargent 46
robe de dueil 29
robe eſtandue 46
robe de plusieurs couleurs 45
robe de velours 43
robe deſtat 41
robe deſte 48
robe deſteinte 46
robe diuer 48
robe eſtroicte 32
robe fourree 44
robe large a plain fond 32
robe longue 26.28
robe mignonne 47
robe pliſſee 47
robe ſangle 44
robe vſee 32
Roquet 47
rouge 63
roux 56
Ruband 9
rubidus 57
ruber color 63
rufus 57
rutilus 56

S

Sagaria 26
ſagatus 26
ſagulum 25.26
ſagum 25
ſagum cucullum 25
ſaga liguſtica 25
ſagum fibula cõſertũ 19.26
ſagum villoſum 27
ſandaligeruli 20
ſandalum, aut ſandalium 20
ſandalarius 20
ſandre 63

ſatin de bruges 42
ſaye ou ſayon 21.24.25
en Saye 25
ſaye a cheuaucher 23
ſaye a boutons larges 22
ſaye a manches 21
ſaye de drap dor 23
ſaye long iuſques aux talons 23
ſaye deſcarlate 23
ſayes bigarrez 22
ſaye phriſe 27
ſaye attache auecvne boucle 26
Sceptre 50
ſceptrum 50
ſcortea 61
ſculponeæ 15.16
ſcutula 48
ſcutulata veſtis 48
ſcutulatus textus 48
Segmentata veſtis 42
ſerica veſtis 42
ſerrer 34
ſeruiettes 67
Sidon 49
Socculus 17
ſoccus 17
ſolea 18
ſoleatus 19
ſolea ferrea 19
ſolearius 19
ſoliſequium 58
ſordida veſtis 46.47
ſordidata mancipia 47
ſordidatus 47
ſoulier 16.18
ſoulier a bloucouette 19
ſouliers a lapoſtolique 18
ſouliers eſcoletez 19
ſoulciz 58
Spadix 57
ſpumeus color 63
Scallida veſtis 47
Stola 41
ſtolati Hiſpani 28
ſtragula 62.63.65
ſtragulę Babylonicæ 62.65
ſtragulum bubalinum 13
ſtrophiarius 54
ſtrophiolum 54
ſtrophium 54
Subligaculum 14
ſubminia rica 10
ſubrufus color 57
ſubſerica veſtis 42
ſubtegmen 24
ſubucula 12
ſudarium 55
ſupparus ſiue ſupparum 52
Synthesis 48

T

Tablier 54
tanne 62
tanne garance 58
tapetes 66
tapetia 66
tapetia picta 44.66
tapitz 66

tapitz de Turquie 66
tapitz figurez 66
taye 25
Templettes 51
tenuis veſtis & ſimplex 44
Theriſtrum 48
thorax 12.13
thorax ferre⁹ vel ahenus 12
thorax laneus 13
thorax plumbeus 13
Tiara 6
tiara gemmata 9
tiara Phrygia 6
tiarati reges 6
tibialia 14
tiſſu 54
toga 27
toga alba 28
toga arcta 32
toga attrita 32
toga candida 28
toga laxa 32
toga palmata 33
toga picta 33
toga pręrexta 29.30
toga pulla, ſiue atra 29
toga pura 29
toga purpurea 33
toga rara 32
toga raſa 33
toga reſtricta 32
toga reſuta 22
toga virilis 26
togatulus 29
togatus 27.31
togatæ matronæ 31
togati Hiſpani 28
togula 29
torchemains 67
Trabea 34
trabea conſularis 34
trabearũ genera tria 35
trippe de velours 43
trouſſoire 52
trouſſer ſa robe 47
Tunica 21.24
tunica aurea 23
tunica domeſtica 24
tunica dormitoria aut intima 11
tunica rubra 21
tunicæ annulatæ 22
tunica hyberna 21
tunica forenſis 24
tunica laticlaui 22
tunica lintea 24
tunica manicata 21
tunica picta 23
tunica pallio propior 22.37
tunica phœniceavel coccina 23
tunica reſuta 22
tunica ſubſtricta 23
tunica talaris 23
tunicæ manuleatæ 21
tunicę verſicolores 22
tunicatus 11.24
tunicata quies 11
tunicula molles 25

V

Varia veſtis. 45
Ventrale. 52
venetus color. 62
verſicolor veſtis 45
vert. 62
veſtimentum 41
veſtis 41
veſtis expanſa 46
veſtis picta 44
veſtis attalica 44
veſtis aurea 44
veſtis clauata 44
veſtis damaſcena 43
veſtis polymita 44
veſtis domeſtica 44
veſtis tenuis 44
veſtis linea 47
veſtis forenſis 44
veſtis inſignis 41
veſtis melitenſis 45
veſtis elegans . 47
veſtis militaris 44
veſtis nocturna. 37
veſtis ianthina 61
veſtis Phrygiana. 47
veſtis pellicea 44
veſtis ſerica heteromalla. 43
veſtem mutare 46
veſtisviatoria 44
veſtis vndulata 43.44
Vidulus 68
viridis color 62
vitta 9
Vocare ad pileum 5
voele 11

Z

Zona 53